



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Collegium Universi Juris Canonici**

**Engel, Ludwig**

**Salisburgi, 1693**

A. R. P. Ludovici Engel, Benedictini Mellicensis, J. U. D. & SS. Can.  
Professoris. In Alma & Archiepiscopali Universitate Salisburgensi.  
Tractatus De Privilegiis Et Juribus Monasteriorum ex Jure ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61596](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61596)

A. R. P. LUDOVICI ENGEL,

Benedictini Mellicensis, J. U. D. & SS. Can. Professoris.

In Alma & Archiepiscopali Universitate Salisburgensi.

TRACTATUS

DE

PRIVILEGIIS

ET

JURIBUS  
MONASTERIORUM

EX

JURE COMMUNI

DEDUCTUS

Nunc quarta vice impressus

&

Adnotationibus auctus.

*Cum Facultate Superiorum & Privilegio Sac. Cæs. Majestatis.*

M. DC.



XCIII.

SALISBURGI

Sumpt. & Typ. JOANNIS BAPT. MAYR, Typographi  
Aulico-Academici.

Hæc  
PRIVILEGIA MONASTERIORUM  
*Reverendissimo, Prænobili,*  
*Amplissimo*  
DOMINO DOMINO  
**MICHAELI**  
Canonorum Regularium  
Ord. Præmonstratensis, Celeber-  
rimi Monasterij Plagensis Austriae  
Superioris

**ABBATI**  
Meritissimo, Vigilantissimo,

Uti  
In Alma & Archiepiscopali Universitate Bene-  
dictino-Salisburgenfi

ANNO M. DC. LXIV.

Cum Applausu defensa

Nunc reimpressa

*In felicissimum Regiminis Auspiciis*

Ex demississimo Animi Obsequio

**DICATA, CONSECRATA SUNTO**

Per

JOANN. BAPT. MAYR, Salisburg. Aulico-Academ. Typ. & Bibliopola

ENGEL

# Præfatio de Origine, Instituto & Fructu Monasteriorum, unde tot Privilegia & Favores merentur.

1. Origo & antiquitas Monasteriorum.
2. Ordo S. Benedicti jam duras in duodecimum saeculum.
3. Diversorum Ordinum unus finis.
4. Quare diversi Ordines instituti.
5. Praeconiis SS. PP. & Scripturae de Instituto Monastico.
6. Quid splendoris & utilitatis Religio conferat Ecclesiae.
7. Quot Pontifices, Cardinales, Patriarche.

- Episcopi, Sancti, Scriptores, Viri docti, ac solo Ora S. Benedicti prodierint.*
8. Religio vera mater dignitatum, Apostolatus & scientiarum.
  9. Iustinianus Imp. extollit vitam Monasticam.
  10. Odium Religiosorum periculosam fidem.
  11. Respondetur querelis aut calumnijs, qua vulgo Religiosos oppugnantur.
  12. Quid seculari Imperio conferat Religio.
  13. Ex recentis meritis Monasteriorum sic conclusio ad propositum.

**M**AGNUS est benevole, exhibeo tibi Privilegia Monasteriorum, non quidem ea, quae singulis in particulari hinc inde specialiter à Pontificibus vel Imperatoribus concessa sunt, de quibus mihi sufficienter non constat, sed ea tantum, quae ex jure communi pro favore omnium deduci possunt.

Puto laborem profuturum non tantum Monasterijs, sed etiam Judicibus, Advocatis, Studiosis, & reliquis omnibus tam secularibus, quam Ecclesiasticis, quibus aliquando cum Monasterijs circa contractus, hereditates, aliasve praetensiones negotiorum esse poterit. Ut verò facilius in nostram sententiam traharis, & haec Privilegia jure optimo in Monasteria collata non dubites, haec brevem dissertationem, De origine, Instituto, & fructu Monasteriorum praemittere volui.

In Exordio nascentis Ecclesiae, cum ferveret Charitas, quae diffusa erat in fidelium cordibus per Spiritum Sanctum, omnium credentium erat Cor unum & anima una, nec quisquam eorum, quae possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia, et antequam quocumque unanimes in oratione, communicatione & fractione panis, ut Act. 4. cap. & passim legitur. Postquam verò dilatata est Ecclesia, & ex persecutionibus Gentilium dispersa & dissipata, sensim etiam abundare cepit iniquitas & refrigescere charitas multorum, tunc sancta illa & generalis fide-

lium communio cessavit, & tantum penes paucos per Religiosorum Ordinum Fundatores & Institutores conservata fuit.

Ita enim jam S. Marcus Evang. in Alexandria, & Cletus secundus post Petrum Romanus Papa Monasteria & Cœnobita instituerunt. Quos deinde Anno salutis 369. ( pluribus enim antea annis ob gravissimas Ecclesiae persecutiones hinc inde tantum in speluncis & crevis pii fideles & Monachi delitescerant ) S. Basilus in Ecclesia Orientali & S. P. Benedictus circa annum 500. ( adeoque ante undecim saecula scilicet milles ducentos prope annos in Ecclesia Occidentali, & succedentibus saeculis alij & alij sancti Viri imitati sunt. De quibus prolixè agit Barbosa Jur. Eccles. univ. lib. 2. cap. 41. )

Licet verò diversi sint Religionum Ordines, unustamen omnium est scopus & finis totum sese addicere ad servitium & cultum Divinum, & tendere ad perfectionem vitae Christianae, scilicet declinare à malo, & facere bonum. Psal. 36. vel, ut ait apostolus, Renovari spiritu mentis & induere novum hominem, qui secundum Deum creatus est in justitia & sanctitate veritatis. Ad Ephes. 4. & ad Coloss. 3. o. vel ut Zach in Cant. dicit, Servire Domino in sanctitate & justitia omnibus diebus vitae.

Expediebat autem, diversos instituire in Ecclesia Ordines, quia propter diversas Nationes, humores & naturas hominum, alij perfectiorum

nem facilius in hoc, quam in illo assequuntur, dum forsitan hujus rigorem, vel illius laxitatem sine corporis aut animæ periculo ferre non possent. Vnusquisque sicut vocavit Deus, ita ambulet, 1. ad Cor. 7.

5 Potè vitam Monasticam minus elogijs SS. Patres extornarunt. Hac Angelorum milita est, inquit S. Ambrosius Episc. 25. semper esse in Dei laudibus; Orationibus crebris conciliare atque orare Dominum student, lectione vel occupationibus continuis mentem occupant, separati à cætu mulierum sibi invicem vitam præstant. Et custodiam. Qualis hac vita, in qua nihil sit quod timeas, & quod imiteris plurimum? Nonne in Monasterijs (pergit Laur. Justin in opus. de Monastic. Conv. c. 18.) frequentissima devotionis lacryma, compunctionis gemitus, suspiria pietatis, compassionis & charitatis ad Deum incessanter effunduntur vota? sanè quod Religio, quod sanctitatis, quod unitatis, quod in eisdem agitur laudis, glorificat Deum, laificat Angelos, prodest justis, terret Demones, parocinatur saculo & peccatores ad penitentiam fleclit. Osacer status Religiosi famulatus, addit Joan. Gerfen de imit. Christi lib. 3. c. 11. qui hominem Angelis reddi æqualem, Deo placabilem, Daemonibus terribilem, & cunctis fidelibus commendabilem.

Imò jam in Veteri Testamento de statu Religioso non obscure præconia Spiritus Sanctus tradidit. Ita enim Moysis moturi prophætica benedictio Deus, 33. super Tribum Levi (quæ hinc specialiter addicta ad servitium divinum) optime Religiosis & servis Dei novi Testamenti accommodari potest. Perfectio tua, aiebat, & Dominus viro sancto tuo, quem præbisti in tentatione, & judicasti ad aquas contradictionis, qui dixit patri suo & matri suæ nescio vos, & fratribus suis ignoro vos, & nescierunt filios suos. Hi custodierunt eloquium tuum & pactum tuum servaverunt, iudicia tua O Jacob, & legem tuam O Israel, ponent thymiam in furore tuo & holocaustum super altare tuum. Benedic Domine fortitudini ejus, & opera manuum illius suscipe, percutite dorsa inimicorum ejus, & qui oderunt eum non conjurant. Ita D. Basilius illum veterem Plal. 131. ecce quàm bonum & quàm iustum habitare fratres in unum &c. de vita Religiosorum in commune viventium intelligit. Ita S. Bernardus Cant. 4. id quod Spiritus S. ad

Sponsam Ecclesiam dicit, Dicitur in fine præconiorum. de Religiosis pulcherrime extornatur.

Concilium quoque Tridentinum (sess. 25. de Regular. c. 1. in hac vita communitate Monastica Institutum: Non ignorat sancta Synodus, quantum ex Monasterijs sit impetrata, & in ministratio in Ecclesia Dei splendori ac utilitati oriatur. Splendoris quidem ex cura domo & vitæ sanctimonia ac repetitione mæra innocentia; Fructus autem ex quibus precibus, et conversione peccatorum, et multorum ingeniorum, quæ sibi in pietate pulvere delitescerent, aut perirent, eruditione juvenutis & fidelium instructione, utiliter consolatione, pauperum & hospitalium sustentatione, Sacramentorum administratione, verbi divini predicatione, librorum dedicatione, editione, scientiarum promotione, Fructus in fione, & alijs quamplurimis pijs & utilissimis modis.

Vis adhuc scire, quid splendoris, quid utilitatis Religio contulerit Ecclesie? Legi dilectissimam orationem Nicolai Verulani, quam non vol. sac. orat. in laudem S. Benedicti habuit, ex solo Ordine S. Benedicti Pontif. Mar. Patriarchas 52. Cardinales 100. Archiepiscopos 1600. Episcopos 4600. Sanctos, qui ab Ecclesia voluntur, 57700. enumerat. Neque tantam copiam velat creditu difficilem reperi, si observes, quod hic Ordo jam in duodecimo sæculum constitit, & aliquando (scilicet Verulano 120. & l.) comobis virorum triginta milia, numerum verò millia quatuordecim possederit.

Legi etiam Hyeron. Plicum et Soc. Ita (Teltes tibi produco non domesticos S. Benedicti, sed extraneos) in tractatu suo pro & cetero de bono sint. Relig. lib. 2. ubi cap. 21. peritundam Pontificum ex Religione S. Benedicti sumptorum virtutes & optimum regimine summarie complectitur & sepe prædicat. Ita cap. 21. vitos doctos & Scriptores qui per XI. sæcula in Ord. S. Bened. floruerunt non omnes quidem (Verul. citat plusquam 5000. numerat) sed celeberrimos recenset. Audiant etiam verba Petri Ribadeimur et Soc. Jaso lib. 2. cap. S. Ignatij c. 24. & cum referret P. Mart. W. in Lycas Bened. in Prolog. Nonne vestre præconia geberant Monachi S. Benedicti, inquit, ad præconia

ENGEL

tantummodo virtutis laudem, sed etiam disciplinam & omni scientiarum genere instruebant. Nam & in Germania, & in Gallia & in Anglia magna cum laude docuerunt. Collegia habuerunt, quemadmodum nunc nos (scilicet PP. Soci.) habemus in quibus docerant, quæ nunc nos docemus. Atque ea re tantopere floruit Ordo S. Benedicti & sanctissimis doctissimisque viris abundavit, quorum doctrina universam illustravit Ecclesiam. Inter ceteros autem penè innumeros memoria dignus est S. Alcuinus sive Albinus, de quo scribit Platus d. e. 32. quod u. Caroli Magni Magister sua ætate doctissimus habitus sit. u. charus Carolo, ut eum delicias suas appellaret, cuius etiam prudentia Parisien. Academiam, quam Româ illuc transtulerat ordinandam commisit. Hanc ipsam, quam profitemur, Juris Canon. Scientiam non minimâ ex parte à Religiosis S. Bened. Gariano, Nicolao Abbate Paternitano, Angelo Cherubino, Tambutino & alijs accepimus.

Quid, quod Orbis pars maxima fidem Christianam S. Benedicto debeat? ita namque per Gregorium Angliam, Hispaniam per Leandrum, Germaniam per Bonifacium, Belgium per Amandum, Polonia & Hungaria per Adalbertum, Suecia per Stephanum, Lituania per Brunonem, Gascovia per Albonem, Scelavonia per Bonifacium, India Occidentalis per 12. Monachos ex Monte Fetrato fidem suscepit.

8 Quod denique tum pastoralis dignitas, tum genium ad fidem conversio, tum scientiarum perfectio nullibi melius, quam ex Monastico Instituto incruentura sumat, pluribus demonstrat Platus d. l. 2. e. 29. & seq.

9 Addamus etiam præmissis Monasteriorum encomijs felicissimum Imperatorem nostrum Justinianum, qui Monasterijs & Ecclesijs non pauca privilegia indulserit, is in Nov. 5. in præf. eleganter Monasticum Institutum describit: *Vita Monachalis*, inquit, sic est honeste sic commendare novit Deo ad hanc venientem hominem, ut omnem humanam ejus maculam abstergat, & faciat rationali nature decentem, plurima secundum mentem operantem & humanis cogitationibus cessantem. Licet mihi adscribere monuit Concilij Trid. e. 25. de ref. cap. 20. quod hortatur omnes Christianos Principes, ut imitentur anteriores optimos & Religiosissimos Prin-

cipes, qui res Ecclesie suæ imprimis auctoritate & munificentia auxerunt, ne ab aliorum iniuria vindicarent. \* Timeandum enim videtur Principibus, ne injuriæ & insidiæ, quas quidam Pseudo-Carholici Monasterijs inferunt, toti Ecclesie & Imperijs suis periculose sint, quando nimium conculeato statu Ecclesiastico prævallet carnis libertas ut vocat Apostolus ad Gal. 6. 13. bona ejus diripiuntur ad luxum, exultat pietas, cum pietate fides, (teste eod. Apost. ad Timoth. e. 1. v. 19. ibi repellentes conscientiam circa fidem naufragaverunt. Ep. e. 3. v. 9. ibi: habentes mysterium fidei in conscientia pura.) cum fide pax & rerum omnium tranquillitas.

Sed unde tam sancto Instituto varias calumnias impingunt Monacho-Maltyges? referam causas, quas opinor principales. Prima est malitia, ex qua non tam Religiosis, quam Religioni & pietati inimici sunt; quid mirum inquit D. August. epist. 136. Si homines servus Dei detrahunt, & qui eorum vitam pervertere non possunt, famam decolorare nituntur, cum ipsi Deum Dominum eorum quotidie blasphemare non cessent, cum eis displicet, quicquid contra eorum voluntatem facit.

Secunda causa est, quod à Religiosis ex Monasterio dimissis (quos haud dubie nonnumquam expeditet intra claustra retinere instruendo eos in spiritu lenitatis, ad Gal. 6. ad Tim. 2. vel alijs medijs cohibendo, ne cum scandalo & despectu Oidiuti vagari cogantur. vid. e. 7. de Offic. Ord. Ep. c. ult. de Regul. ) aut alijs particularibus delinquentibus faciunt illationem universalem ad alios. Sed cum diligentibus legem Dei non sit scandalum, Psal. 118. advertant pii fideles, quod in omni statu mali bonis permixti sunt, potiusque juxta monitum D. Hieron. Ep. 34. respiciant Paulum constantem, quam Iudam negantem. Et si Ecclesia tota pulchra & sine ruga & macula dicitur Cant. 4. & ad Ephes. 5. licet in ea plures sint mali, qui per spatiofam vitam descendunt, quanto minus decedere debet honori Monasteriorum, in quibus rariotes sunt mali, quam bovi. Quod si in uno aliquo Monasterio omnes, quod absit, mali forent, non tamen id Religioni imputandum, sed Pastorum negligentia, nec propterea desperandum, quia sub alio gubernaculo disciplina restaurati valeat.

Tertia causa est suspicio, tantum eorum, qui om-

omnes suo pede, id est, ex suis met prævis inclinationibus metiuntur. Nescio, an in quibusdam malus vitiorum habitus plus impellat ad malum, quam in alijs bonus virtutum habitus & sancta educatio retrahat: & impellat ad bonum: somnus causetur somno, supprimatur vigilantia: ignis generat ignem, pennis, nisi nutrias. Et hoc est, quod superius in Nov. 5. in præfat. dixit Iustin. Imp. quid vita monachalis faciat hominem humanis cogitationibus celsiorem.

Quarta causa est, quod plerique sibi imitentur, Religiosos statim ut convertuntur, debere esse perfectissimos, sibi autem licere pro libitu vivere. Deceet haud dubie, ut Religiosi bono exemplo & vitæ sanctimoniam secularibus præluceant, quod majorem erga ipsos reverentiam & confidentiam habeant, nihil enim est, inquit Concil. Trid. sess. 22. de Ref. cap. 1. quod alios magis ad pietatem & Dei cultum assiduo instruat quam eorum vita & exemplum, qui se divino

11 ministerio dedicarunt, &c. Intim considerent seculares, Monasteria esse scholas virtutum, in quibus, sicut in literarijs, aliqui citius, aliqui serius proficiunt, aliqui præterit deficiunt, non tamen idcirco scholæ damnandæ, in quibus plerique proficiunt. Audiant etiam S. Basilium in Consist. Mon. 7. Sæculares, ait, nescio quam opinionem de Religiosis ceperitis, quasi una cum statu ipsam etiam naturam mutarint, & aliam quandam induerint plane ab humana diverfam, ut perinde ac sicarum & corpore carerent, ita eos nullis aut serè nullis cibis uti velint &c. Et in sermone de rerum abdicatione idem S. Basilium inquit, an non tibi videntur etiam matrimonio junctis lata fuisse Evangelia? vides igitur, non à Monachis modo, sed etiam ab ijs, qui uxorem habuerint, rationem exactum iri, utrum ex Evangelij præscriptis vixerint, &c. Item S. Chrysost. in lib. 3. contra Monast. vita vitup. Hoc est planè dicit, quod orbem universum evertit, quod Monachis opus esse arbitramur summam bene vivendi diligentiam, ceteris autem licere negligenter vivere. Et post pauca: cum Christus jubet per angustam viam ingredi, non Monachos solos, sed omnes omnino homines eo imperio convenit, &c.

12 Quinta causa est invidia temporalium honorum, quæ Monasteria possident. Mira res! Sæcularibus utique impendant divitias, non invidetur, Monasterijs quæ aliquot sæculis cum

magna Ecclesiæ utilitate steterunt, et à quibus ipsi eorumve parentes aut liberi multa beneficia spiritualia & temporalia acceperunt, vel accipere possunt, invidetur. Sane Apostolus ad Cor. vult servos Dei sine sollicitudine esse, liberius & integri vacare possunt, quod in temporalis sustentatione sufficienter provident.

Qualiter autem applicentur temporalis Monasteriorum redditus, præter eos, quos in quibusdam tenentur quotannis in magna quantitate mittunt, dicemus inferius Privileg. II. n. 3. ob quas pensas, quas ibi enumerabimus, præterit modo charitatis erga indigentes officium præstendendum est, singulati Dei benedictione rebus Monasteriorum non tantum non minui, sed etiam incrementa sumere. Denique hoc hominum malevolentia, quæ semper venit, cavillationes (juxta illud Matth. 11. Veni tentans neque manducans neque bibens, & dicitur Demonium habere, venit filius hominis manducans & bibens & dicitur: Ecce homo vorax & peccator vini &c.) & adversus quosvis potestates sua præterit gravamina, rebus & personis fidelibus contemnitur.

Postremo ex his omnibus ad nostrum propositum infeto & concludo: si Monasteria Instituta tam antiquum, & per ea tantum Dei honor, tanta animarum salus, tanta Ecclesiæ splendor & utilitas procuratur, imò ipsa sæculare Imperium non modicum sustinet, dum non tantum orbem Religiosorum operâ multarum gentium barbara dicitur infidem & jugum mitigata est, sed etiam hodie multorum effractionis temeritas sancti Religiosorum instructio melius nonnumquam cum ingenti Reip. bono, quam vindicæ cogitatio cohibetur, dum ex publicis privatique Religiosorum scholis ad obediendum Deo & Imperatori vita subiectorum informatur, aut, habet, & ne filius pro Pat. ac Vir illustres ac Patres Patriæ efformantur: Siquam, hæc ita se habent, nemo sanè bonæ mentis negat, Monasteria summum in jure & apud Christianos sacrosanctum, & in omni Privilegio, quæ hic expressimus, & alijs favorabilibus causis (de quibus singulariter Priv. XXXVI. dicemus) conceduntur, jure optimo promereri. Jam ergo rem ipsam aggeremus, & singula privilegia, quæ ex jure communi deduci possunt, recitamus. P. 11



# PRIVILEGIUM I.

## Pro construendo vel ampliando Monasterio potest aliquis cogi ad vendendam domum vel fundum suum.

- 1. *Extenditur Privilegium etiam ad venditionem servitutis. Et partis in re communi.*
- 2. *Restringitur, ut non procedat cum magno damno alterius.*
- 3. *Quis sit executor huius Privilegii.*

**V**ordiamur à fundamentis, præmittimus hoc insigniæ Monasteriorum Privilegium, quod cum Baldo & Ang. in L. 1. ff. sol matr. Felin in c. omnes. dist. 1. tradunt communiter DD. & fundatur in L. si quis sepulchrum ff. de Relig. Et jumpt. fun. ubi licet disponatur de sepulchro & via, eadem tamen ratio & favor religionis, qui pro sepulchris facit, etiam circa monasteria & quidem urgentius stringit.

1. Ampliatur hoc assertum, ut Vicinus possit cogi ad vendendam monasterio servitutem alius non tollendis, saltem quatenus indiget monasterium: quia eadem iterum est ratio, quæ de via ad sepulchrum in d. l. si quis sepulchrum Riccius p. 1. de off. 138. Item ut socio mandante construi Ecclesiam in domo vel fundo communi teneatur alter socius vendere partem suam; sicut si servo communi legata est libertas ab uno socio, tenetur alter partem vendere, l. 1. C. de Com. serv. manum. junct. s. fin. 3. de Donat. Baldus ibidem Laur. de Franch. de controuer. inter Ep. & Regul. p. 2. n. 446.

2. Verum ad æquitatis moderamen restringendum est hoc privilegium, ut non procedat si quis ex venditione domus nimis magnum detrimentum, quod commodam æstimationem prudentis viri non reciperet, pareretur, v. g. si insignia Palatia nobilis familiæ demoliti deberent, vel aliunde antiquitas aut excellentia ædificij singularem splendorem Civitati conferret, &c. Delimitur hæc limitatio ex sape d. L. si quis sepulchrum. ibi: *Index de opportunitate loci prospiciat, ne vicinus magnum patiatur detrimentum.*

3. Sed quis erit iudex competens ad exequendum hoc Privilegium? Respondeo non tantum

esse Magistratum sæcularem loci, sed etiam ipsum Episcopum, qui mediantibus Centuriis potest & debet privilegia Ecclesiarum defendere. Franch. d. l. n. 440. Et 442. in rubricis.

### ADNOTATIO.

**H**Oc Privilegium multis durum visum est, sed quod in L. si quis sepulchrum. de Relig. Et jumpt. fun. tantum agatur de via vendenda ad sepulchrum, quæ minoris est præjudicij quam domus; & privilegium alteri præjudicans non sit extendendum & c. & repeto, quod etiam supra n. 2. monui, ante omnia incumbere officio Judicis de tali loco providere, ne Civibus damnum inferatur. Si autem Monasterium speretur utile futurum Civitati (sed non utique semper expedit, nova Monasteria ædificare, & novos Religiosos assumere) ad augendum Divinum cultum & pietatem hominum, aut studia literaria, non video, quare utilitas publica non sit præferenda privatæ: tamen idem fieret, si contra hostem carnalem civitas munienda, & domus alienas pro munitione necessaria foret, quare non similiter, si civitas muniatur Divino cultu contra hostes spirituales.

Ad contraria dico: licet sit minus præjudicium in via, tamen major utilitas est in Monasterio, & saltem hoc haberetur ex illa L. si quis, quod favor Religionis faciat exceptionem à regula, leg. in vitum C. de contrah. empt. Et L. nec emere C. de lre. delib.

Ad alterum respondi priv. XXXVI. n. 2. Potest hic addi instantia de extensione in favorabilibus causis, quod successio Legitimatorum per subsequens matrimonium ex unanimi DD. sententia extendatur ad feuda, majoratus, &c. licet matrimonium in articulo mortis contra-

Qua



Quam sit, quidquid ex hac sententia alijs heredi-  
bus præjudicetur, neque a partibus juris textibus ali-  
quid decilum sit.

PRILEGIUM. II.

Monasteria sunt exempta à  
Jurisdictione & exactione sæ-  
cularium Dominorum.

1. Non potest defendi consuetudo contra immu-  
nitatem Ecclesiasticam.
2. Quando verum sit, legem non acceptam non  
ligare.
3. Qualiter applicentur redditus Monasteriorum.
4. Benedictio Moysis supra Ecclesiasticos.
5. Argumenta, quibus probatur immunitas  
Ecclesiastica esse juris divini.
6. Respondetur ad contraria.
7. Qualiter exactio facienda ab Ecclesiasticis  
in publica necessitate.
8. Quando Ecclesiastici subjacent exactionibus  
Principum secularium.

Maximum hoc Privilegium omnibus Ec-  
clesiasticis & Ecclesijs competens annis  
singulis in die Cæna Domini renovat, & cum  
solennitate excommunicationis contra inobe-  
dientes promulgat S. Pontifex. Multis non  
sapit hoc Cæna teiculum, sunt de invidiatis excu-  
santibus. Sed an propterea excusati? Conclu-  
tudo est in contrarium, inquit, lex non recep-  
ta non ligat. \* Sed considerent hoc exemptio-  
nis privilegium esse *jure divino* statutum, ut a-  
perte declaratur Pontifex & Concilium Trid.  
S. 25. de refor. c. 20. c. nimis de jur. jur. c. quan-  
quam. de Cons. in 6. Contra jus divinum autem  
consuetudo quæ tantum ab hominibus intro-  
ducitur, operari nihil potest, nec valet quæ in  
detrimentum Ecclesiarum tendit, cap. 1. de con-

2. fuer. \* Deinde fatemur pro regula circumferri,  
legem non receptam non ligare: sed id verum,  
si vel lex debite promulgata, vel dissimulante  
legislatore in usum reducta non sit. At verd  
si legislator instet & urgeat, legem suam recipi  
per erim, quæ ex *jure divino* obligat, sanè non  
capimus, quomodo in potestate subditorum  
obediunt debentium sit, legem recipere  
vel scire. \* Sed abutantur divitijs ajuor;  
Veli. *abus amaritudinis* 2. Quare non

dicunt, replent conventus numeris formæ  
coronâ, ubi non longis abbas: annis menses  
defectus erat, augent chorum & divitiarum  
accumulat. preces pro salute Reipub. munitur  
magis sumptibus Religiosi ad hoc in-  
duntur apti ad curam animarum, ad defen-  
sionem fidei & Ecclesiæ, ad sustentandam bonæ  
arbitrâ juventutem, quam in multis civitatibus,  
proprijs consequenter non modici aliam ser-  
vis, in peregrinos & pauperes largimur helpi-  
tatem exercent. Anne bonæ consuetudinis,  
nonnulli sæculares abutuntur divitijs alienam  
ditant exteras nationes cum eversione Patriæ  
fructum referentes modicum aut nullum in  
foelicibus illis sæculis in Ecclesijs, ut Hospita-  
lia, in pauperes libere alii pietate vel inveniunt  
ne suis bonis spoliandi? Si Ecclesiasticos vel Pa-  
larus Ecclesiæ male in rebus Ecclesiasticis ve-  
tur à Patrono contumendus est, & sua  
perseverentiâ apud legitimum eius Superiorem  
pro correctione insistendum, non spoliandi  
c. filijs 6. q. 7. \* Sane ad Ecclesiasticos usus  
Levitas novi Testamenti pertinet illa Benedi-  
ctio aut Prophetia, quam Deus 22. Moysi  
mortuus pronuntiavit lupet Levi: *Potens  
miam in furore tuo, & holerantia super  
tuum: Benedictio Domini fortitudinâ eius, &  
ra manuum illius suscipe, percutit dâs  
coram eius, & qui odierunt eum, non conser-  
pound ur id, quod superius obiter arguitur,  
videlicet hanc exemptioem Ecclesiasticam  
esse *jure divino* paulò deducitur remanet  
mus, videamus quibus rationibus id solletur.*

Igitur in primis certum dubium est Levit  
in veteri Testamento & res eorum jure *divino*  
exemptas & ab omnibus oneribus immunitas  
fuisse, ut constat c. 2. & 18. Num. ex cap. 10.  
Exod. vers. 12. junct. cap. 1. vers. 47. hoc  
tem statutum non tantum fuisse *ceremoniale*  
sed etiam ex parte *morale*, consequenter  
obligans in novo Testamento, inde *sanctum*  
potest, quod naturali rationi convenit, quod  
Ecclesiastici novi Testamenti, & Deo specialiter  
Levitarum successerunt, & Deo specialiter  
cati, & in sortem eius vocati sunt, à seculis  
mundana potestate eximantur; propterea in  
dicimus præceptum de sanctificandis Sabbatis  
partim *ceremoniale*, partim *morale* fuisse: in  
quantum solletur naturalis ratio exigebat quod

ENCICL

## De Privilegijs & Juribus Monasteriorum.

dam dies in honorem & cultum sui Creatoris specialiter deputare. Deinde in novo Testamento id non obicitur per Christum innovatum est, dum *Matth. 17.* tantum ad evitandum scandalum (*ne autem scandalizemus eos, inquiens, Vade etc.*) pro se & Petro tributum solvit, de cetero autem se & Petrum & in Petro tanquam Capite & Primato Ecclesiastici status omnes Ecclesiasticos liberos pronuntiavit, ergo liberi sunt filij. Junge veli, *Psal. Ego dixi tui estis & filij excessi omnes, quem & alios hujusmodi textus de Sacerdotibus SS. PP. accipiunt e. Sacerdotibus 11. q. 1.*

Demum sufficit nobis ad dicendum aliquid *Juris divini* auctoritas, Concilij & Pontificis & sic Ecclesie consensus, siue deinde id habeat ex traditione siue ex revelatione juxta illud *Pauli ad Thessalon. 2. cap. 2. Tenete traditiones, quae aedificatus sunt per sermonem siue per epistolam nostram.* \* Unde hoc argumentum: non est scriptum in sacris literis, ergo non tenendum, semper Ecclesia tanquam haereticum rejecit, Quod vero ad veterarij respondent cit. textus juris accipiendos esse in eum sensum, quod exemptio Ecclesiasticorum originaliter sit juris divini, id est, fuerit in veteri Testamento ad eum modum, quo decimae juris divini dicuntur in *e. Pa. rechinus X. de Decim.* profecto tota nimis est interpretatio, quomodo enim absolute & sine distinctione hodie dicitur *Juris divini*, quod hodie non est *Juris divini* & olim tantum fuit? Instantia de decimis nihil ad rem facit, quia Decimae non eorum olim, sed etiam hodie *Juris divini* sunt, saltem in quantum congruae sustentationi Clericorum necessariae sunt, ut latet probat *Azor. p. 1. d. 7. c. 23.* Pariter non suffragatur contrariae sententiae, quod Paulus *Ador. 25.* ad Caesarem appellavit & ab eo se vellet iudicari dicit: nam praeterquam, quod non erat tunc alius, qui Paulum posset liberare ex potestate Judicorum, quam Caesari, nihil fuit inconveniens, quod ad Caesarem tanquam Ordinarium Judicem Judicorum & Romanorum, a quibus patiebatur injurias, appellaret: cum etiam hodie Clerici possint de suis malefactoribus laicis coram Judice seculari agere, *e. cum sit generale 8. de For. compet.*

7 Quid ergo si necessitas vel utilitas publica sit, non tantum statum Laicorum sed etiam Mona-

steriorum concernens v. g. cum Patria ab hostibus defendenda, & c. anne nihilomagus Monasteria contributionibus onerari poterunt? *q. 2.* in similibus casibus, cum is qui sentit commodum, aequum est, ut sentiat & onus; ideo etiam Ecclesiastici suam partem conferre debent: non tamen soli, neque ex auctoritate Magistratus secularis, sed si Laicorum non sufficiant facultates, Praelati Ecclesiastici rogandi sunt, ut suis subditis collectas imponant, & quidem si periculum in mora non sit, etiam S. Pontifex prius consuli debet, cujus interest communibus, utilitatibus Ecclesiae providere, ut expressè habetur in *e. non minus. c. 1. ad versus 7. de Immun. Eccles.*

Si tamen ex bonis antequam ad Ecclesias pervenerint, certa & determinata quaedam onera vel tributa Principibus secularibus fuerint pendenda solita, ea ex communi DD. sententia etiam impofterum persolvi debent, quia res transit cum suo onere, *text. in c. tributum c. seq. 23. q. 8.* notanter loquor de exactionibus & de oneribus certis & determinatis, ut excludantur exactiones extraordinariae pro arbitrio Principis imponendae.

In bonis quoque feudalibus, quae Ecclesiasticae secularibus Dominis recognoscunt, certa Jurisdicção Domino directo competit, quia non absolute, sed sub certis reservationibus talia bona in Ecclesiasticos transeunt, *e. extramissa. De foro comp. c. 8.*

### ADNOTATIO.

Quod exemptio Ecclesiasticorum sit *Juris divini*, pluribus explicat *Martha de jurisd. p. 2. c. 6.* Dices, ergo Praelati peccant contra Legem divinam dando aliquid principibus secularibus, *q. 2.* Si absque gravi causa hoc privilegium negligant Praelati assentiendo exactionibus secularium, peccabunt utique *c. 2. de Immun. Ecc. in 6.* si vero ex reculatione gravis mali periculum eis imminet, non peccabunt, quamvis enim transgressio divinae Legis praecipua ex nullo metu concedatur, secus tamen est in Lege divina permissiva seu privilegiante, quae directe obligat Laicas potestates, & privilegio afficit Clericos. Id ipsum docemur exemplo Christi *Matth. 17.* qui ad evitandum scandalum contra privilegium Divinum tributum solvit.

(B)

*Ann. 7.*

*Ad n. 3. circa fin. ditant. exteras nationes &c.*  
 Non improbo peregrinationes, quæ vitum perfectum reddunt, sapiens enim in terram alienigenarum gentium pertransiet, Eccl. 26. sed eas, quæ sunt maximis apparibus & sumptibus, quibus de imprudenti œconomia vel apud exteros ludimur, & permittuntur Juvenulis, qui antequam maturæ & se regenis ætatis sint, studiisque (quibus in provincijs ob varias distractiones parum invigilant) cum fructu absolvant, nihil quod statutum Politicum & utilitatem Patriæ, sed meras vanitates observant, reverſi nec toga accoſmodi, quia illiterati, nec ſago, quia eſſeminati.

*Ad num. 8. Exaſtio iſta fortalliſ provenit ex pactis antiquis, quando principes occupantes terras bello dederunt ſubditis terras in ſolidum vel allodium ſub pactis, ut ad ſui ſuſtentationem quotannis aliquid contribuerent, & in bello ſibi ſuccurrerent, ipſi verò principes Patriam defenderent. Unde non ſtatim ſequitur Princeps petat exaſtionem ab antiquo ſolvi ſolitam, ergo exerceat jurisdictionem in Clericos; quia exaſtio non eſt ſemper actus jurisdictionis, aliàs nec creditor à debitore petere poſſet.*

Pluribus hoc Priv. II. exaggetandum quidam parantur, ajunt enim, quòd Laicis multa millia, imò milliones poſſidentibus, & pluribus ampliffima ſtupendia in Principum aulis ob inutile ſervitium aut artiſcium habentibus prætermiſſo onus maximum Ecceſtaſticis imponatur, contra e. ad verſus. de Imm. Ecc. c. non minus. cod. tit. ubi Pontifex dicit, quòd ſub quibusdam poteſtatibus ſæcularibus deterior videatur conditio Sacerdotij Chriſtiani, quàm olim Judaici ſub Pharaone, qui reliquis Judæis in ſervitutem actis, Sacerdotes eorumque poſſeſſiones in libertate permisit. Sed malo hanc provinciam alij, quibus melior dicendi facultas, ſubeant.



**PRIVILEGIUM III.**  
**Monasteria ſunt exempta à lege Diœceſana Episcopii.**

1. Que dicatur Lex Jurisdictionis.
2. Qua Lex Diœceſana.
3. Monasteria quoad exemptionem à Legge Diœceſana habent fundatam intentionem in jure. Sunt tamen aliqui caſus excepti.

4. Contra. exaſtionem paritit Canonicæ regis præſcriptio 40. annorum.  
 5. Quid de charitativo ſubſidio.

**P**oteſtatem Episcopii, præterquam quæ principaliter dividatur in Poteſtatem ſubſidiæ & poteſtatem Jurisdictionis, etiam dividitur in legem Diœceſanam & legem Jurisdictionis, vulgo notatur ex e. dilecti. de Off. ord. sed in exponenda iſta diſtinctione multum à veteri DD. ut videre eſt apud Pan. in ord. cap. dilecti. num. 4. Communiter tamen receptæ interpretatio Gloſſæ in diſt. cap. dilecti. & Sylv. in V. Episcopii num. 8. \* Ut conſequetur quæ in dando conſtitunt, id eſt. quæ Episcopius dare debet, ſive jam ſit de poteſtate Jurisdictionis ut dare confirmationem, Ordines, conſecrationem, &c. ſive de poteſtate ſubſidiæ ut conferre beneficia, dare curam animarum, licentias judiciales, referenda eſſe ad legem Jurisdictionis, latius nimirum accepto vocabulo Jurisdictionis, ut etiam ea, quæ Ordinibus ſunt, comprehendat quatenus ſcilicet Episcopius poteſtatem Ordinis exerceat non poteſt iſti in quo Jurisdictionem habet.

Illa verò quæ conſtitunt in reſpectu ad quorum recipiendum Episcopius ſus ſubſidiæ, cuiusmodi ſunt exaſtio Cæbeſtratio, quæ Mortuatio, quarta Decimarum, Chamaſubſidij &c. ad legem Diœceſanam pertinet.

Igitur ab hac Legge Diœceſana omnia Monasteria regulariter exempta ſunt, non verò à Lex Jurisdictionis, niſi etiam quoad ſitum ſus privilegium habent ex. i. 16. q. 1. c. non utilitate. e. ne pro cuiuslibet. 16. q. 1. Diœceſatem, regulariter, nimirum in omnibus casibus in quibus expreſſe contrarium non reſponſeturum. \* Habent ergo hac in parte Monasteria fundatam intentionem in jure, ut ſi ab alijs qua exigantur, quæ ad Legem Diœceſanam pertinent, non ipſa ſuam exemptionem, quæ ex jure communi patet, ſed Episcopius ſuſjectionem & exceptionem à regula præbeant. Reperitur autem talis exceptio in quibus casibus, ſcilicet ſi Episcopius viſitator Monasterium, ut ipſi detur procuratio, id eſt, auctoritate pro tempore viſitationis, e. ſupra. de reſcriptis. De Cenſ. Item ſi quid Monasterij reſcribitur, de hoc legato pio CAMBRICENſIS

ENGEL  
 III

quarta pars Episcopo debetur, *c. requisivisti. v. secus autem. De testam.* quod tamen hodie passim in defectu dicitur abijit, dum Monasteria contra hanc Episcoporum exactiōnem præscriptur, quod autem talis præscriptio valeat & cursu quadraginta annorum complecti, textus est expressus in *c. de quarta. X. de præscrip.*

De Charitativo subsidio, quod Episcopi pro publica necessitate vel utilitate suæ diocesis vel Ecclesiæ Cathedralis à subditis suis Ecclesiasticis exigere possunt iuxta *r. cum Apostolus d. de Cons.* dubitatur, an etiam à Monasteriis recte petatur? rationem dubitandi facit textus in *Clem. 1. de excess. prælat.* ubi dicitur, quod Episcopi in exigendo charitativo subsidia ab exemptis eorumque subditis excedant nimum contra eos. Unde à comitatio videtur inferri posse, quod moderate subsidium à Monasteriis & quibuscunque exemptis erigi valeat. Negativa tamen sententia verior est, quia Charitativum subsidium accensetur Legi Diocesana recte Innoc. in *l. 1. de statu Monach.* n. 2. Gloss. & Joan. And. in *d. c. cum dilectus de Offic. Ord.* & non reperitur aliqua expressa exceptio, quin ab eo Monasteria exempta sint. Nec concludit argumentum à contrario, quando ex eo relinquitur iurium correctio. Everhard. in loco à contrario. Textus ergo *d. clem. 1.* sumit suam interpretationem ex *Clem. 1. de Cons.* & intelligitur de Monasteriis & exemptis habentibus Parochias, quæ exemptæ non sunt, & ex quibus, antequam ad Monasteria pervenirent, jura Episcopalia peti soluta sunt, quæ propterea cum suo onere ad Monasteria transiverunt, nisi vel privilegio vel præscriptione aliud obtentum sit, *c. ex ore. de Privileg.*

## ADNOTATIO.

**A**D n. 1. Sententiam nostram de Charitativo subsidio cum pluribus cit. docet Barb. *de off. Ep. p. 2. alleg. 87. n. 45.* Dicit, si Princeps secularis potest onerare Monasterium ob necessitatem publicam, ergo etiam Episcopus? Item si utilitas sit totius Diocesis, redundabit etiam in Monasterium, & consequenter, qui sentit commodum & c. *z. 1.* Sicut Princeps potest onerare Monasteria in defectu Laicorum, & ex licentia Pontificis, ita idem non est negandum Episcopo, si aliorum subditorum Eccle-

sasticorum non sufficiant facultates, & licentia Pontificis accedat, sine qua privilegium juris communis Monasteriis auferri non potest. *n. 2.* Illam Regulam, qui sentit commodum Eccl. habere letum, nisi sit specialis exceptio, alias etiam Dioc. clausi Laici teneantur ad charitativum subsidium; quod tamen est contra communem sententiam DD. nisi Diocesani sint simul subditi temporales, ut in hac Diocesi Salisburgensi. Consuetudinem autem vel prescriptionem posse aliquid valere hac in re negare non audeo.

PRIVILEGIUM. IV.  
Monasterium tollit irregularitatem ortam ex defectu natalium.

1. Procedit privilegium etiam quoad ordines ab illegitimo sine dispensatione susceptos.
2. An ad consequendum hoc privilegium necesse sit facere professionem, relinquatur sub dubio.
3. Episcopus potest in jure dubio dispensare nunc declarare.
4. Bulla Sixti V. de illegitimis sublata per Gregorium XIV.


**Q**UOD nati extra legitimum matrimonium ad Ordines promoveri non possint, certi & indubitati juris est, *r. 2. de filiis Presb. non ordin.* sed non minus certum est ex *c. 1. iam d. 2.* quod illegitimus Monasterium ingressus hoc ipso ad omnes sacros Ordines suscipiendos habilitatus sit, ita tamen, ut Prælaturam non accipiat: quo nomine etiam beneficia curata intelligit Pan. in *cod. c. 1. Tamb. de iure Abbat. tom. 1. disp. 5. q. 14. n. 3.* Vid. Nav. *Consil. d. de filiis Presb.* Hoc privilegium DD. duobus modis notabiliter extendunt. I. quod non tantum procedat quoad Ordines suscipiendos, sed etiam quoad usum Ordinum susceptorum, si fortassis illegitimus non habitus dispensatione super natalibus ante ingressum Ordines suscepisset. Nec obstat, quod dispensatio contra Jura sit strictæ interpretationis: quia intelligitur de dispensatione concessa particulari personæ & per rescriptum, non autem de dispensatione concessa per legem communem & favore Religionis

{ B 2 }

igionis, Barb. ad d. c. 1. n. 2. *vers. deinde col- liges.*

2. II. Nonnulli cum Fr. Emmae. 99. *Regul. tom. 1. q. 13. art. 4.* & Roderiq. *in compend. 99. Regul. resol. 76. n. 7.* asserunt, irregularita- tem non solum tolli per professionem, sed etiam per solam susceptionem habitus religiosi, adeo- que professione etiam non secuta, vel annullata, sublatam tamen censeri irregularitatem, sicut de illis, qui ex Societate Jesu post simplicita vo- ca edita dimissi ab ijsque absoluti sunt, docet Sanchez. *in precept. Decali tom. 2. lib. 5. c. 3. n. 14.* Istam sententiam non impugno, quia Privilegium Religionis est a nominatis DD. tra- ditum; & juyari potest ratione, quod jura non expresse requirunt professionem, aliunde autem confet, quod appellacione Monachi vel Reli- giosi in favorabilibus quandoque veniant No- vitij, ut quoad Privilegium Canonis & fori. Nec approbo, quia displicet multis DD. cita- tis a Barb. d. c. 1. n. 2. videtur enim non gau- dere favore Religionis, qui eam deserit, nec Re- ligiosus aut Monachus esse cum effectu, qui Professionem non fecit. Valeat proinde hac sententia apud Episcopos ordinantes quantum valere potest, fortassis huc accommodare lice- bit illam doctrinam, quam tradit Garc. *de be- nef. p. 7. c. 2. n. 10. Sa. V. dispensatio n. 1. Laym. in Th. Mor. de legibus a. 22. n. 4.* quod scilicet Episcopus possit in jure dubio in gratiam alicujus dispensare, aut certe declarare, atque alterutram sententiam amplecti.

Illud quoque his admonendum est, quod quidem Sixtus V. illegitimis prohibuit Re- ligionis ingressum, & ita hoc privilegium quasi irritum fecerit, attamen Greg. XIV. eam Sixti constitutionem per Bullam *Circumspectis Roma- ni &c.* revocaverit.



PRIVILEGIUM V.

Monasterium facit irregulari- tatem contractam ex Ordini- bus furtive susceptis dispensabi- lem per Abbatem.

- 1. Ordines furtive suscipiens est irregularis.
- 2. Quando dicantur Ordines furtive suscepti.

Quamvis in irregularitate per se Summa Pontificem ordinare nemo dispensare leat c. 1. de Sent. & rejud. in 6. favoratum Religionis est constitutum, ut si quis foris Ordines susceperit, idque Ordinatus sub pena- tione anathematis prohibent, tunc potest nec in susceptis ministrare, nec ad aliam potest promoveti; sed si Monasterium in quibuslibet concedatur non tantum Episcopo, sed etiam Abbati cum eo dispensate, c. 1. 2. & 3. de qui furr. ord. susc.

Dicitur autem furtive quis Ordines suscipere quatuor modis: I. quando sine contenta Episcopi aut Examine in numerum ordinandorum recepit. II. Quando prater minores ordines etiam die etiam Subdiaconatum accipit. III. Quando quis ea dem die ad duos factos Ordines suscipit. IV. Quando per saltum, id est, amittendo Ordine, v. g. Diaconatu ad Presbyteratum pro- movetur. Vall. d. 1. n. 1.

ADNOTATIO.

Adnum. 1. Hodie in irregularitate dispensat Episcopus, si oriatur ex defecto occulto, ut in Ordinum furtiva suscepcio occultata sit, *Cap. de R. for. c. 6. & ibi Barb. in collat.*



PRIVILEGIUM VI.

Monasteria sunt exempta a solutione decimarum de Novitiis ac de Hortis, quos ipsa colunt, & animalibus que nutriunt.

- 1. Per specialia privilegia immunitatis ipsa exempta extenditur.
- 2. An habentes generalium communicationum privilegiorum participant etiam privilegio exemptionis a decimis.

Privilegium istud in Jure communi omnibus Monasterijs & Religiosis concessum est, ex parte 10. de Decim. Extra jus communi autem per speciales Bullas multi Ordines Religiosorum sunt exempti non tantum in Novitiis, sed etiam quibuslibet quibuslibet animalibus & imperialibus colunt. Sicut de Religiosis Congreg. Cassin. Camaldulensibus, Pictavis, Carthusianis & aliis attestatur Brix. c. 6. c. ex parte n. 5. Utrum autem habentes gene-

ENGEL  
 ...  
 ...  
 ...

ralem communicationem privilegiorum cum  
ejusmodi privilegiatis Ordinibus communicent  
etiam in specie privilegium exemptionis à solu-  
tione decimarum tradidi in *Lib. III. Decret. Tit. de  
Decimis §. 2. n. 45.* ubi dixi id regulariter negan-  
dum, eò quòd exemptio à decimis propter  
præjudicium Parochorum sit difficilis & non  
comprehendatur in generali concessione *arg. c.  
qui ad agendum de Procurat. in 6. ep. c. nuper de  
Decimis.* Dico tamen regulariter. Nam si com-  
municatio exprimat aliqua præjudicialia privi-  
legia saltem in genere, vel adfir talis ampliu-  
do verborum, ut significet mentem communi-  
cantis se extendere ad omnia, præsertim si ha-  
beat annexam clausulam: *quorum tenores &c.*  
atque Monasteria habens communicationem,  
sustineat multos labores in Ecclesia prædican-  
do, docendo, & Sacramenta ministrando, his  
inquam accedentibus circumstantijs dicendum  
est, in generali communicatione Privilegiorum  
etiam Privilegium immunitatis à solvendis de-  
cimis comprehendii. Pasqual. ad Laur. De  
Franch. de contro. inter Episc. & Reg. p. 2. q.  
72. n. 10. & seqq.

## ADNOTATIO.

Videbitur fortassis huic privilegio derogatum  
per *c. nuper. de Decim.* aut per *c. i. in fin.  
v. S.* verum in *d. c. nuper.* capium tollitur privi-  
legium, quod Cisterciensibus competebar, ne  
de quibusvis possessionibus, non tantum *Nova-*  
*libus* si eas propriis sumptibus excolerent, tene-  
rentur decimas dare. In *c. i. de v. S.* advertit  
Gloss. quòd ibi Pontif. loquitur de fratribus Tem-  
plarum & Hierosolimitanis, qui sunt Laici sine  
ordine Clericali, ut solvant decimas, non quibus-  
cunque Parochis, sed quodammodo sibi ipsi,  
seu Clericis sui Ordinis.

## PRIVILEGIUM VII.

In Monasterijs potest quilibet  
sibi aut suæ familie eligere  
Sepulturam.

1. Hodie hoc Privilegium etiam alijs Ecclesijs  
communicatum est.
2. Quid debeatur Parocho ex iis, quæ Monasterio  
occasione sumitur obveniunt.

Ante Decretalem Bonif. VIII. quæ habe-  
tur in *c. 2. de Sepulc. in 6.* poterat hoc af-  
ferri inter specialia Monasteriorum Privilegia  
melius, quam hodie computari. Etenim de  
Jure antiquo pluribus placuit, neminem posse  
dimisâ Ecclesiâ suâ Parochiali aibi eligere Se-  
pulturam, nisi in loco Religioso seu Monaste-  
rio, ubi crebrius divina Officia celebrantur, si-  
cut insinuat textus in *d. c. 2.* & notat Glossa i-  
bidem, \* At verò hodie Bonif. VIII. concessit,  
ut in qualibet Ecclesia etiam minus Religiosa e-  
lectio sepulcræ valida censatur.

Præterea licet de jure debeatur Parocho por-  
tio Canonica, id est, tertia vel quarta pars eo-  
rum, quæ à defuncto obveniunt loco electæ se-  
pulturæ, *c. 4. cum super. c. certificari, c. in nostra  
de Sepulc.* Specialiter tamen excipitur in *c. fin. de  
Testam.* quòd non sit solvenda portio Canonica  
de his, quæ in specie pro fabrica Ecclesiæ,  
pro ornamentis, luminaribus, anniversario,  
septimo, vigesimo, trigesimo die, sive alijs ad  
perpetuum cultum divinum legantur. Imo per  
particularia privilegia & locorum consuetudines  
multa Monasteria vel nullam omnino portio-  
nem Canonica, vel non nisi de funeralibus pro-  
priè dictis (quæ scilicet in eodem die cum funere  
deferuntur, uti sunt candelæ, pannus, oblationes  
&c.) exsolvant, prout hæc & plura circa jus eli-  
gendi sepulturam retuli in *Lib. III. Decretal. Tit.  
de Sepulcris.*

PRIVILEGIUM VIII.  
Monasteria gaudent immu-  
nitate locali.

1. Quid sit immunitas localis.
2. Privilegia data Ecclesijs competunt etiam a-  
lijs pui locis.
3. Omnes malefactores regulariter defenduntur  
hac immunitate, sunt tamen quidam ex-  
cepti.
4. Hac immunitas est tantum Juris humani.
5. In hac immunitatis materia prævalent SS. Can-  
ones legibus Civ.
6. Consuetudo etiam attendenda est.
7. Asylum competit etiam Ecclesijs non consecra-  
tis, pollutis, aut interdictis.
8. An ad amittendum asylum conjunctim re-  
quiratur

quiritur, deliquisse in Ecclesia & simul spe immunitatis?

9. Plura notabilia circa delinquentes in vel penes Ecclesias.
  10. Duellantes an gaudeant immunitate.
  11. Ecclesia non eripit jam vinculum in libertatem si per eam ducatur, conservat tamen profugum ex vinculis.
  12. Notabilis exceptio à regula: spoliatus est ante omnia restituendus.
  13. Clerici & Religiosi an gaudeant immunitate?
  14. Quid de haeticis & gentilibus?
  15. Quid de excommunicato.
  16. Unde desumenda sint alimenta pro fugiendis ad Ecclesiam?
  17. An liceat circa Ecclesiam, in qua reus latet, Judici saeculari ponere custodiam militarem.
  18. An à Judice saeculari possit puniri reus violenter abstractus aut expulsus?
  19. Qualiter procedendum cum indignis hac immunitate?
  20. Poena violantium immunitatem localem.
1. Immunitas ista nihil est aliud, quam Jus Asylis competens malefactoribus ad Ecclesiam confugientibus, ut inde per Judices abstrahi & poena corporali affligi non possint, sed eorum poena debeat in Ecclesiasticam commutari.
2. Licet verò hoc privilegium principaliter Ecclesias datum sit, tamen etiam ad ipsa lepra Monasterii ex communi sententia DD. extenditur, sicut & ad hospitalia & alia pia loca cum auctoritate Episcopi erecta; quia regulariter omnia privilegia Ecclesias data etiam talibus locis communicantur. in L. omnia C. de Episc. & Cler.
3. Porò cum hæc materia sit quotidiana & practica, examinabimus prolixius.

Pro certo imprimis tenendum est, quòd omnes regulariter malefactores, qui non specialiter sacris canonibus excipiuntur, hæc immunitate gaudeant, ut inde abstrahi, & poena ordinaria puniri non possint, sed eorum poena sit in aliam Ecclesiasticam commutanda c. inter alia de Immunit. Ecclesiast. Certum tamen etiam est ab hoc Privilegio immunitatis & Asylis Ecclesiasticis exceptos esse publicos latrones & nocturnos depopulatores agrorum, qui scilicet publicas vias oblidunt, & transeuntibus ex proposito insidiantur, aut nocturno tempore se-

getes in agris devastant & depopulant. L. 1. inter alia. Item illi qui spe immunitatis in ipsa Ecclesia vel ejus Coemeterio mulctatos homicidiorum, aut homicidia committunt, sicut adnotat. Præterea ex jure novo videtur Bulla Gregor. XIV. incip. Cum alia 7. constitutum quòd de rei in crimine hæretici vel Izai. Mactati, item assassini vel quicumque hominem occiderit & perfidias ( id est, veneno à tergo, herede aut aliis nihil mali metuente) occiderit, immunitate Ecclesiastica priventur. Unde per Bullam Gregor. constitutionem decessit illa conventio, quæ ex jure veteri de homicidio procedit, an tollat immunitatem, fuit diu controversa agitata, & cum illa confonata, L. de homicid. Et his verò certioribus præmissis

Dubitatur I. Cujus Juris sit Asylum Ecclesiarum; Naturalis vel divini, an ponat humanæ positivi, ac proinde an contrario iuramento vel consuetudine mutari possit: ut esse jus humanum licet enim in Jure divino & naturali perceptorum sit. Deum colendum & locis sacris reverentiam exhibendam, non tamen inde ad immunitatem reus præstandam inferatur, cum & contra eum minima coercenda esse omni jure naturali & positivo statutum sit. Item licet etiam in lege veteris Testamenti civitates refugii constitutæ essent. Exod. 21. N. 35. & Deut. 4. cap. illæ tamen Civitates potissimum tantum illis, qui præter intentionem delictum perpetrarent, patebant, ut ait rex. S. Script. apparet, & leges veteris Testamenti quæ morales non erant, sed tantum ceremoniales & judiciales per adventum Christi expulsi censentur c. translatio. De consuet. 7. in Di. l. rif. post part.

Quamvis autem circa hæc immunitatem tantum Jus Canon. sed & civiles Constituciones habeantur ut tit. C. de his qui ad Ecclesias. Item qui ad statuas confug. ut & Nov. 116. c. 1. Si tamen inter LL. & Canones contrarietas inveniatur, etiam in foro saeculari Canonis observare oportet, quia ad S. Pontificis & Judicis Ecclesiasticos spectat ea decidere, quæ ad Ecclesiasticorum que reverentiam & jura pertinent. Cor. 1. 1. rej. lib. 2. c. 20. n. 1.

Hinc est, quòd licet in c. Nov. 116. Raptores Virginum, adulteri & homicidæ quicumque immunitate priventur; id tamen observari in Jure Canon. dispositione non procedat, ubi veritas

Specialiter exceptos omnes reliqui gaudere immunitate dicuntur quantumcumque gravia delicta perpetraverint. *cap. inter alia. 6. & ibi Gl. De Imm. Eccles. Clar. lib. 1. sent. c. 30. n. 9.* \* Consuetudinem etiam in hac Immunitatis materia observandum esse recte monet *Cov. d. l. n. 4.* licet eandem notabiliter restringeret; tum quod non sit Juris naturalis, aut divini, ut dictum: tum etiam quod hæc Immunitas non sit valde favorabilis, sed potius strictæ interpretationis ne, scelera maneant impunita & homines tantò audacius delinquant. Quare quod de Jure certum est, non tantum ipsas Ecclesias, sed etiam atqum in Majoribus Ecclesijs ad 40. passus, in minoribus capellis ad 30. circum circa immunitatem habere, sicut antiquitus, 17. *cap. 4. de consuetudine vix alicubi observatur, Zerola in Prax. Ep. p. 1. v. Immunitas §. 2.*

7 Dubitatur II. An etiã Ecclesiæ non consecrata, polluta, vel interdicta habeant hoc privilegium? Affirmamus; quia non ideo minus sunt pia loca ad cultum divinum erecta, & pollutio vel interdictum non provenit ex culpa Ecclesiæ sed aliorum. *cap. Eccles. 9. de Immun. Host. in sum. cod. tit. n. 9.*

8 Dubitatur III. An qui in Ecclesia delinquit, sed absque spe Immunitatis, sortassis ex iuxta casu ibidem oborta, vel è contra qui extra Ecclesiam delinquit, sed spe immunitatis studio facinus prope Ecclesiam perpetrans, quò citius ad eam confugere possit, gaudeat immunitate, adeòque copulativè requiratur, ut delictum in Ecclesia fiat, & simul spe immunitatis? Respondet, quamvis nonnulli existiment S. Pontificem in *cap. fin. b. 1.* illis tantum denegare immunitatem, qui conjunctim & in Ecclesia delinquant & spe immunitatis faciunt. Verius tamen est, etiam alterutrum ex his sufficere nec defendi eum, qui vel in Ecclesia cogitans de Immunitate, vel extra ead spe immunitatis de eum intentione confugiendi ad eandem crimen admisit. Etenim fundamentum denegationis immunitatis in istis casibus illud est, quòd indignus censetur defensione Ecclesiæ, qui Ecclesiam offendit, prout frustra legis auxilium invocat, qui committit in legem, *c. quia frustra. de Rjur.* Et privilegium meretur amittere, qui privilegio abutitur, & sub ejus prætextu delinquit, *c. Privilegium 11. q. 2. quod sanè fundamen-*

tum in utroque jam recensito casu locum habere nemo est qui non facile deprehendat.

Uterius hic quædam breviter subnotanda sunt. I. quæ de homicidio in Ecclesia commisso dicuntur, tantum exempli causa dicuntur, idemque est de furtis, adulterijs, alijsque delictis gravibus, ex quibus loco sacro specialis irreverentia inferitur. II. qui in una Ecclesia delinquit, non defendetur tamen ad aliam confugiat, quia qui unam Ecclesiam contemnit & offendit, omnes offendit censetur. III. qui unum tantum delictum in Ecclesia, extra eam plura alia committit, absolute extrahi & pro omnibus puniri poterit, quia ex quo semel in Ecclesia delinquit, indignum se reddidit Ecclesiæ defensione. IV. Ecclesiæ fecisse irreverentiam & propterea indignus stylo etiam ille censetur, qui vel in Ecclesia existens alium foris stantem, vel è converso, qui foris stans aliquem in Ecclesia occidit; quia utroque casu delictum in Ecclesia factum intelligitur, priori quoad inchoationem (sufficit enim ut delictum dicatur in loco factum, si ibidem saltem initium accepit *L. 1. C. ubi de Crim. ag. ep.*) posteriori quoad consummationem. V. Nec ille gaudebit immunitate qui aliquem existentem intra Ecclesiam per vim, vel dolum extraxerit, & foris occiderit vel mutilaverit, cum enim puniri in eo quis debeat, in quo delinquit, merito iste, qui alterum immunitate Ecclesiæ privavit, eadem quoque carere debet. De hisce potè notatis licet textus apertos non habeamus, nihilominus cum Immunitas Ecclesiastica non sit extendenda, ne facinorosi evadant impunes, sufficit nobis ratio quæ animâ legis est, & ille cumulus Authorum citatus à Barb. *Juris Eccl. V. lib. 2. c. 7. n. 10. & segg.*

Dubitatur IV. Utrum qui in duello alterum occidit gaudeat immunitate? Negativa, quæ non quidem ex verbis sed mente legis desumitur, probabilior videtur cum *Bab. eodem c. 3. n. 101.* Si enim etiam cadaver occisi in duello Ecclesia non recipit jux. *Trid. Sess. 25. de Reform. c. 19.* quis credat ipsi occidentibus in Ecclesia refugium præstari. Sed hæc de Duello proprie dicto & in jure damnato accipienda sunt, quando testificet alter alterum ad certum tempus, locum & dictum cum armis mortiferis, & ordinatio vice periculo invitatur, non verò de rixa vel aggressione.






17. Quotum ad custodiam militarem qua per Indices seculares solet circumdari Ecclesia, dicendum est, non licere quidem per talem custodiam impedire alimenta reo administranda, quia hoc modo reus per indirectum ex Ecclesia extraheretur vel in ea occideretur, & ita immunitas eluderetur: non tamen esse reprobandum, si propterea Custodes circa templum ponantur, ne reus plane effugiat, & iniponis evadat: nam immunitas Ecclesiarum coheret loco nec prohibet Iudicem secularem extra Ecclesiam ubicunque insidiari facinorosis, neque etiam reum confugientem ad Ecclesiam omnino a poena liberat, sed tantum tuetur, ne in ipsa Ecclesia damnum patiatur.

18. Dubitatur X. An Iudex secularis possit punire illum, quem vel ipsi Rectores Ecclesiarum injuste expulerunt, vel licitores in Ecclesiam intrantes per violentiam abstraxerunt? R. ad utrumque negativè, quia neque Rectores Ecclesiarum, neque Iudex aut Ministri ejus possunt reum ad Ecclesiam confugientem jure immunitatis jam quaesito private juxta notam I. Regulam, quod *Ius suum nemini sine sua culpa auferendum sit*. habebit proinde hic locum alia regula, quod *spoliatus sit ante omnino restituendus, ut rectè docet Iul. Clarus lib. 5. sent. c. 30. n. 1.*

19. Sed quaeres, quid faciendum, si reus ad Ecclesiam confugiens sit ex illis, qui immunitate Ecclesiastica indigni consentunt? R. Hic iterum attendendam esse Bullam Gregorij XIV. quae incipit: *Cum aliis &c.* Ubi Pontifex constituit, ut hoc casu Iudex secularis reum ab Ecclesia extrahere valeat, requirendam esse licentiam Episcopi vel ejusdem Vicarij, qui aliquam Personam Ecclesiasticam, quae captura cum minimo tumultu faciendae interest, deputare debeat, nec inferiorum Praelatorum licentiam sufficere, & multò minus ipsum secularem Iudicem propria auctoritate Ecclesiam ad capiendum reum ingredi posse, nisi Episcopus debitè requisitus licentiam injustè denegaret. Praeterea ordinavit Pontif. in eadem Bulla, ut post capturam reus non immediatè ad Curiam secularem sed Ecclesiasticam ejusque carcerem sub custodia tamen, si opus fuerit, seculari duci debeat, atque ibidem per Iudicem Ecclesiasticum inquiri, an revera crimen ab immunitate exceptum commiserit, quo comperto tunc demum seculari Iudici plenè tradendus erit.

Postremò non erat omitendum varias in jure poenas esse constitutas in eos, qui immunitatem localem violant injustè abripiendo reos ad Ecclesias confugientes. Prima talis poena de Iure Civili est, ut violator immunitatis tanquam reus laesae majestatis ultimo supplicio puniatur. L. 1. §. 1. *presenti C. de his qui ad Eccl. confug.* Secunda est pecuniaria, ut Episcopo 900. solidi sive aurei pro mul. 2. a solvantur. *si quis contumax.* 17. §. 4. Tertia ut violator immunitatis Ecclesiasticae immunitate non gaudet. Quarta publica poenitentia Ecclesiastica arbitrio Episcopi taxanda. *d. cap. si quis.* Quinta demum Excommunicatio quae ex constitutione Greg. XIV. ipso facto incurritur, eamque inter relictas S. Pontifici numerat Quaranta in sum. Bull. V. *Casus refer-vati.* pag. mibi 203.



## PRIVILEGIUM IX.

Faciens professionem in Monasterio, sine praecedenti dispositione, hoc ipso omnia sua censetur transulisse in Monasterium.

1. Bona feudalia, fideicommissa, & emphiteusae transiunt in Monasterium ad vitam Religiosi.
2. Propter professionem vasalli aut emphiteuta non petitur renovatio investitura, nec restitatur laudemium.
3. Usufructus qua ratione transiunt in Monasterium.
4. Disponens ante professionem an teneatur adhibere solemnitates Iuris Civ.
5. Sententia negativa non est favorabilis Monasterio, propterea distinguitur inter eum qui in Novitiatu disponit, & eum qui prius.
6. Dispositio ingredientis an confirmetur professione vel morte naturali.
7. Suspendimus iudicium in questionibus sequentibus valde dubiis, Monasterio tamen aut secularibus praesudicabilius.
8. Iudici incumbit favorem Religionis attendere, aut saltem in dubiis libere transactionem procurare.
9. An filio debeat legitima vivo Patre Religionem professi?

(C)

10. Quia

- 10. Quid impuatur in legitimam filii.
- 11. An ab ingrediente sit Monasterio in sua dispo- sitione necessario aliquid relinquendum.
- 12. Monasterium succedit in locum parentum.
- 13. Si nihil relinquatur non rumpitur totum te- stamentum.
- 14. Auth. si qua Mulier. an habeat aliquam vim & obligationem respectu Monasterij.
- 15. Sententia negativa nititur. forti ratione, & facili responsione ad contrarium.
- 16. Religiosa professus an possit revocare testa- mentum prius factum.
- 17. Qualiter ingrediens possit inter vivos res suas alienare.

**D**elimitur hoc assertum ex auth. nunc au- tem. C. de Ep. & Cl. & auth. ingressi. C. de SS. Eccles. ubi ita expressè constitutum habetur, sed difficultas esse videtur an etiam bona feudalia, fideicommissa familiaria, item & emphyteutica transferantur in Monasterium? R. talia bona posse retineri à Monasterio, quamdiu Religiosus vivit, quia si Religiosus in saeculo mansisset, po- uisset ista bona possidere ad vitam suam, ergò non debet esse deterioris conditionis, si Monaste- rium ingrediatur: neque enim Clerici & Mo- nasteria sunt feudorum incapacia, ut constat ex lib. feud. ex tit. de Capitulis Corradi in fin. Et ex a. extrinseca de For. comp. Vid. Fach. 7. c. 35. Verùm post mortem Religiosi prædicta bona ad alios consanguineos vel dominum directum revertentur, quia feuda (nisi fiat merè heredita- ria pro heredibus quibusconque data) item fi- deicommissa familiarium non ad quosvis here- des, sed tantum ad eos, qui de certa sunt familia, pertinent ad illius familiae splendorem & propa- gationem. Emphyteusis quidem ad extraneos heredes devolvitur, in ea tamen Monasterium propterea non succedit, quòd Domini directi conditio durior constitueretur; cum enim Mo- nasterium nunquam moriatur arg. L. proponaba- tur. ff. de iudic. nunquam etiam Domino debe- retur laudemium, nisi quòd aliquando novum pactum fiat cum Monasterio, ut loco laudemij certa aliqua pecunia vel res alia certo tempore, præsettij vero si Prælatus moriatur, vel novus eligatur, persolvatur. Vid. Tamb. de iure Abb. tom. 3. disp. 11. q. 4.

2. Illud quoque hic adnotandum, si Vasallus vel Emphyteuta faciat professionem, non te-

neatur Monasterium renovationem ipsorum petere vel prestare laudemium, quia personam Valli non mutatur, cum Monasterium tantum teneat feudum vel Emphyteuta, quatenus Reli- giosus professus unam fidem personam in Monasterio constituit, quæ fidei renovationis sonæ per mortem naturalem Religiosi tollit, & propterea etiam fideicommissum, feudum & Emphyteusis à Monasterio recedit. Quòd si- dum per eandem fictionem explicari potest, quod licet usufructus, quem aliquis in saeculo habet, ad Monasterium transeat, saltem quòd in usufructuarij, cum tamen usufructus non sit per- sonale sit, & in alium transferri non possit, si usufructus, 66. ff. de iure dotum.

Utum autem faciens dispositionem arde- gressum teneatur adhibere solennitates? Civ. hic non importanter queritur. In quibus si Monasterio aut pijs causis veli renunciare suas, non est tantum dubium, quòd in solennitate id facere possit, ut paulo post dicemus. Item si per donationem aliquid in millem adum inter vivos dispoat, nulla solennitas, sed probatio tantum necessaria erit. Tota ergò difficultas vertitur circa dispositionem per modum testamenti, & ad ip- sanas causas, si v. g. amici aut consanguine- heredes instituantur: Etiam hoc casu non quini solennitates Juris Civ. duntaxat in stamentum contemplatione ingreditur saltem sit, docet Clarus s. testamentum. q. 11. num. 1. & ibidem Harp. in addit. num. 1. post Clarum Bald. Decium & alios ibidem cc. arguuntur in milibus saecularibus (quibus conceditur solennitate testari, etiam eo casu, quo propter accingendi sunt militiae l. pro. ex. tit. ff. de lib. test.) ducto ad milites spirituales, qui pro- gnant pro defensione spiritualium & tempo- rum, quæ omnibus temporalibus pariter con- sun. s. solus. v. quòd autem de Mass. pro- bed. Verùm cum hæc sententia parum in- vorabilis Monasterijs, quibus per testamentum feruntur bona alias ipsi debita, nec ad her- mum eam admittimus, si quis, dum adhuc vi- vitus est, talem dispositionem faciat, nec jam translatus ad forum Ecclesiasticum, nec posse regredi sicut Clericus in minoribus co- raturus) non videtur legibus civilibus, sed iure- potius Canonico obligari, s. quòd Clericus de

ENGEL  
 ...  
 ...  
 ...

*Reo temp. Faciunt tradita à Laur. de Franch. & Pasqual in addit de Controvers. Reg. p. 2. q. 84. Tamb. de Iure Abb. tom. 2. disp. 6. quasi. 28. Contrarium autem putamus dicendum cum Sallier. in auth. si qua mulier. C. de SS. Eccles. & locutionibus. quando dispositio fiet omnino extra Monasterium, ubi aliquis nec de foro Ecclesiastico est, nec confessum recipienda ad veram militiam spiritualem, scil. ad professionem, sed tantum ad hujus militie tyrocinium. Oportet tunc in l. ex eo 42. ff. de Milit. Testam. Non obstat Nov. s. c. 5. ubi Justin. Imper. dar licentiam ingressus Monasterium, ut rebus suis prius uti possint, quo voluerint modo: nam intelligitur vel de actibus inter vivos nullam solennitatem requiruntibus, vel de modo distribuendi quid, quantum & cui placuerit, non vero de modo formæ & solennitatis: neque enim credibile est Imperatorem voluisse ex testamento non solenni tam facile adimere bona Monasterijs, quæ in d. Nov. s. c. 3. & d. Auth. ingressi. vult præ omnibus alijs hereditibus (exceptis liberis) iisdem competere, præsertim cum testamentaria extra Monasterium condita multis dolis sint obnoxia.*

Præterea quaeritur, an executio dispositionis ingredientis Monasterium statim facienda sit post professionem, vel expectanda sit mors naturalis profecti? 22. si ingrediens actum inter vivos v. g. donationem fecerit, talis actus, sicut statim obligat, ita statim executioni mandandus erit. Si vero ingrediens disposuerit per actum ultimæ voluntatis, testamentum, codicillum &c. rursus Monasterio aliquid reliquit, id statim Monasterio acquiritur, quia idem fiet, licet dispositionem non fecerit. *d. Auth. ingressi.* Sin autem extraneis reliquerit, consuetudo locorum imprimis attendenda erit, à qua abstrahendo multorum est doctrina cum Barth. in auth. si qua mulier. C. de SS. Eccles. n. 20. Panorm. in c. in presentia. De Probat. n. 60. quos sequitur Cov. s. 2. de Testam. n. 8. Sanchez. de Matrim. lib. 6. disp. 17. n. 9. esse distinguendum inter Monasteria bonorum capacia & incapacia, ita ut in his professio Religiosæ æquiparetur quoad executionem testamenti morti naturali in illis vero morti naturali expectanda sit, & interim Monasterium bona possidere debeat, nisi ingrediens nominatim aliter disposuerit,

Plures adhuc aliz quaestiones hoc loco ventilandæ forent, quæ cum incerti profectus Juris sint, malumus in ijs iudicium nostrum certis de causis suspendere. Referemus nihilominus remissivè singularum quaestionum status & auctoritates: sit in arbitrio Religiosi & boni Iudicis alterutra sententiam consideratis locorum consuetudinibus & circumstantijs, expensis itidem decidendi rationibus amplecti, scietque observare, quod ait I. C. in l. sunt Persona 43 ff. de Relig. & sumpt. suo summam esse rationem, qua pro Religione facit, atque in dubio præserte sententiam pro causa magis favorabili. *c. ult. de Sent. & re jud.* aut certe si absoluta pronuntiatie pro alterutra parte videatur nimis dura, consultè faciet transactionem inter Monasterium & suam colligantem habitâ consideratione opulentiæ unius & indigentia alterius omni meliori modo procurando, ad quam aliquando in lite valde intricata præsertim diuturna per media compulsiortalia partes adigi posse docet Pan. in o. cum inter de Elect. n. 9. Barb. de Offic. Ep. p. 3. alleg. v. 9. n. 9. per tex. in cap. placuit. & passim in dist. 90. Laym. in Theol. mor. lib. 1. tit. 1. c. 5. n. 16. V. quæres. ubi etiam addit, licet aliquando Iudici in causa valde dubia, quam post accuratam discussionem dedicere non potest, cuique parti dimidium adjudicare, quod an extra casum & viam transactionis procedat, diversæ sunt DD. opiniones, quas examinare non est hujus loci & instituti.

Primo igitur talis quaestio est, an si Pater Religionem professus habeat liberos in saeculo, tenetur ipse, vel Monasterium ejus loco, dare in vita sua legitimam istis liberis, aut ex natura correlativorum filius professus legitimam suis parentibus, casu, quo fortassis bona adventitia aut similia ab alijs, quam à parentibus acquisita haberet?

Pro affirmativa est tex. in cap. cum simus. de Regular. & ibid. docet Barb. n. 2. cum alijs allegatis. Negativa e contra fundatur in communi regula, quòd viventis non sit hereditas, nec quomdiu adhuc jus est utandi bonis, scil. ante mortem naturalem (quod in proposito saltem competit Monasterio una cum Religioso) computatio aut executio legitimæ fiat. Ita sistent multi DD. apud eundem Barb. d. 2. n. 1. 66. qui etiam simul ad d. c. cum simul. respondens,

spondent, ibi verisimiliter Patrem jam fuisse mortuum, cum filius petierit legitimam ex successione sibi debitam, successioni autem ante mortem regulariter locum non esse constat.

\* Notanter hic adjici potest, quod Justin. Nov. 5. cap. 5. statuerit, ut in legitimam filiorum impu-  
retur dos & donatio propter nuptias, vel si quid aliud eis à parentibus donatum fuerit.

21. *Secunda est questio, an faciens dispositionem ante professionem teneatur Monasterio relinquere portionem aliquam per modum legitimæ? Negat Pan. in e. in presentia. de Probat. n. 52. eò quod in Nov. 5. c. 5. absolute deur potestas ingrediendi, disponendi, prout vult, & speciale fit ex auth. si qua mulier. C. de SS. Eccl. in parentibus, ut si post professionem ve-  
liat disponere inter liberos, teneatur saltem unam portionem filialem suo Monasterio refer-  
vare, cum alias totum, extra legitimam libero-  
rum, fuisset Monasterio acquisitum.*

Affirmat autem questionem D. Antonia, apud eundem Pan. d. l. gloss. quam allegat Barb. in auth. si qua mulier n. 3. & videtur approbare Cov. de Testam. cap. 2. num. 10. *vers. ipse verò.* Ratio esse potest vel quod Monasterium habeat loco filij, arg. d. auth. si qua mulier. C. de in presentia de Probat. \* vel potius, quod Mona-

sterium jam quoad spirituales regenerationem & directionem, ac continuam alimentatio-  
nem toto vitæ tempore duraturam succedat in locum parentum, & quitas proinde suadere vi-  
detur, ut jure parentum in exigenda portione legitima uti possit, juxta regulam, quod surro-  
gatum participet jura ejus, in cujus locum sur-  
rogatur; quæ sãcè non minima ratio fuit, et Justin. Imp. tam enixè & repetitis vicibus constituit, ut ingredientis omnia bona saltem sine prævia dispositione, Monasterio acquiran-  
tur. Idque in Monasterijs non bene dotatis aut depauperatis, maxime verò non extantibus libens naturalibus, tantò magis procedere vi-  
detur, eo ferè modo, quo filij parentes inopes, Ecclesia Patronum pauperem, propter benefi-  
cia ab istis personis accepta potius, quam ex-  
traneos alere tenentur.

22. Illud tamen multi fatentur propter defectum legitimæ Monasterio relicta non corrumpit totum testamentum, sed tantum peti posse legiti-  
mam. Vide Cov. d. l. 2.

*Tertia est questio, utrum Imp. in archiepiscopo qua mulier. C. de SS. Eccl. dispensata sit, si qua mulier. Nov. 123. potestati parentum, vel aliqui etiam ad liberos respectu Patris, vel correlacionem extendit, alijs tamen dispo-  
nentibus Vid. Barb. ubi infra n. 18. ) dicitur etiam testandi inter liberos post professionem, ubi nullum amplius habent dominium sui. Nov. 5. c. 5. & bona jam de facto Monasterio acquisita excepta legitimam liberorum? Contro-  
versis sententia affirmat, eò quod d. arch. in Decreto Gratiani relata c. si qua mulier n. q. 3. & ita saltem tacite approbata à Pontificibus, qui illud Decretum in scholis & juris recipi parantur. Neque sicut, hæc dispositio est proprie testamentum factum à Dono-  
no bonorum, sed divisio inter liberos facta, quæ ab administratore ab ipso jure ad hære effectum constituit. Ita Barb. in collect. ad d. auth. si qua mulier n. 3. c. 12. Molina, Lud. Sanch. & alij apud eum citati.*

Negat etiam Navar. de Regal. cap. 1. num. 53. cujus sententia firmiori videtur ratione, & pro ea dici potest, Imperatorem non habuisse potestatem disponendi circa bona de feodo Ecclesiæ per translationem Personæ in locum Ecclesiasticum acquisita, si sunt cum bona personæ concomitantia, ejusdemque generis exemptionis & sibi privilegio, c. quædam de Cens. in 6. c. si quis 5. ubi Pan. n. 2. de Testam. comp. ) aut obligandi Monasterium ut ea cedat illis, quibus Religiosus jure professus, qui secundum Canones nec velle nec posse habere censetur. c. ubi de Sepulch. in 6. per verum disposicionem reliquisset, quis constituitur. Ceterum de cetero sive vetabiles, sive antiquæ obligationem continerent & non habeantur immuni privilegij, non stringunt Ecclesiæ & Ecclesiæ ro. c. ubi DD. de Constit. Quod verò dicitur, eandem auth. à Gratiano in Decreto relata, à Pontificibus tacite approbatam esse, facile, meo quidem iudicio, responsetur potestati, eo modo censeri approbatam, quomodo hæc relata, ac non fuit relata simpliciter, sed cum annexa auth. *non autem C. de Ep. c. Cler. qui potestus habet contrarium sensum prout aut hereticæ, ut legenti patet, ergo &c. per quæ responsionem fieret abstractio ad illam questionem, an quædam dicta Gratiani habeant aut non*

nitatem legis & sint approbata à Pontificibus.

16 *Quarta est questio*, utrum testamentum ante ingressum factum post professionem revocari possit? notantur autem loquor de testamento; actus enim inter vivos factum irrevocabilitate obligant. si enim modo facti sint, quo infensius dicemus. Negant Panorm. in d. c. in praesentia, n. 69. Cov. d. c. 2. n. 9. Fachin. o. c. 15. & alij ec. à Barb. ad Trid. Sess. 25. de Regul. s. 16. n. 20. Rationem assignant, quod Religiosus post professionem nec dominium, nec jus testandi habeat, nec testamentum debeat ab alterius scilicet Abbatis, sicut nec filijfam, à patris arbitrio dependere, cum tamen Religiosus sine consensu Abbatis nec nolle nec velle habeat. cap. In. de Sepult. in 6. Contarium docet Barb. in d. auto. si qua mulier. n. 14. Aretin. in l. 1. ff. de Testam. num. 5. Jason in d. auto. si qua mulier, m. 25. & quidem alij apud Barb. dist. n. 20. v. contra. Si enim juxta superius dicta, testamentum in Monasterio bonorum capaci non confirmatur ante mortem naturalem Religiosi & dominium interim manet penes Monasterium, & eatenus penes Religiosum, quatenus cum Monasterio unam factam personam constituit (nam Monasterium non pro muris & aedificijs, sed collectione Religiosorum accipiunt) ergo nihil videtur obistere, quin à Religioso cum consensu Abbatis revocari possit, si non faciendum testamentum aliud, saltem prius lacerando & declarando se velle pro favore Monasterij ab intestato decedere. l. 1. §. 3. ff. de His qui in Testam. del. in pen. C. de Testam.

17 Pro coronide huius materiae de dispositione ingrediendum Monasterium & quia haecenus circa solemnitatem, executionem, & revocationem distinximus actus inter vivos ab actibus ultimarum voluntatum, hic adicienda est questio, an ergo ingredienti quoscunque actus inter vivos valide & irrevocabilitate celebrare possint? si licet alias quilibet rei suae moderatur sit & arbitretur, ac certis paribus, si scilicet legitima aetatis, sui juris & sane mentis sit, liberè de rebus suis disponere valeat. l. in re mandata. C. Mandat. atque contractus semel initi fiant necessitatis & regularitatis irrevocabiles. l. sicut C. de C. & A. quia tamen facile accidere potest, ut ingressum Religionem nimio zelo ducti, nec praevidentes in-

constantiae & regressus, fortassis ob novam causam morbi aut aliam, periculum bona sua praemature in alios distribuunt, ita ut, si ex post facto ad saeculum redire vellent aut deberent, magna egestate laborarent, ideo Concil. Trid. Sess. 25. de Regul. c. 16. pro favore ingredientium edidit constitutionem in haec verba: Nulla renunciatio aut obligatio antea facta etiam cum iuramento, vel in favorem cuiusque causa pia valeat, nisi cum licentia Episcopi sive eius Vicarii fiat intra duos menses proximos ante professionem, ne non alias intelligatur effectum suum sortiri, nisi secuta professione, aliter verò facta etiam si cum huius favoris expressa renunciacione, etiam jurata, sit irrita, & nullius effectus. Sed neque ante professionem, excepte visis & vestitiis Novitij vel Novitiae illius temporis, quo in probatione est, quocunque praetextu à parentibus vel propinquis aut curatoribus ejus Monasterio aliquid ex bonis tribuatur, ne hac occasione discedere nequeat, quod totam vel majorem partem substantia sua Monasterium possideat, nec faciliè si discesserit, id recuperare possit; quin prius praecipit S. Synodus sub anathematis poena dantibus & recipientibus, ne hoc ullo pacto fiat, & ut absentibus ante professionem omnia restituantur qua sua erant, &c.

Itaque ex hoc textu satis constat, ut contractus vel obligatio ante Professionem facta valeat irrevocabilitate, tamen debere concurrere. I. Ut fiat intra duos menses proximos ante professionem. II. Ut fiat cum licentia Episcopi vel ejusdem Vicarii. III. Ut Professio subsecuta sit.

Explicatur haec Trid. constitutio per DD. quos plena manu refert Barb. ad d. cap. 16. Trid. & de Offic. Episc. alleg. 99. num. 17. ut praeter donationes liberales comprehendat etiam renunciacionem beneficiorum Ecclesiasticorum & Officiorum saecularium, saltem quae fiunt in favorem alicujus certis, si de justificatione, liberationem, qua Novitius Tutorum vel Curatorem suum à reddendis rationibus liberat; item ut intelligatur de professione subsequenti valida, & non sufficiat professio de facto tantum emissa, si jure non subsistat, nisi ex post facto de novo ratificetur: Et demum ut locum habeat non tantum de Minorenibus, sed generaliter quibuscunque etiam Majoribus, ut à Sac. Congregatione

gregatione declaratam referunt cc. apud Barb. *ad. al. 99. n. 18.*

Restringitur verò eadem constitutio, ut non comprehendat contractus onerosos v. g. emptionis, venditionis, permutationis &c. in quibus tantundem recipit Novitius quantum dat: neque testamenta, codicillos aut donationes mortis causa, quæ ex sua natura revocari possunt, si Novitius ex Monasterio regrediatur, tanquam morte naturali vel civili non confirmata: neque victum aut vestitum, quem pro se tribuit Novitius Monasterio. Item in aliquibus Religionibus usu receptum non esse, ut ab Episcopo petatur licentia disponendi de rebus suis, ex Vega & Sauch. refert Barb. *dist. 1. 16. Trid. num. 28.*

Denique multi DD. existimant hoc Concilij Decreto, quod expressè tantum de Novitijs loquitur, non comprehendi obligationem, aut renuntiationem factam ante Novitiatum adhuc in sæculo, alij verò contrarium sustinent putantes, Concilium æquè de dispositione in sæculo facta, quam in Novitiatu intelligendam esse, dummodo intuitu ingressus facta sit. Vid. cc. apud Barb. *ad. locis.* Prioris sententiæ fundamentum sumitur ex communibus regulis, nimirum, quod correctio Juris vel constitutio pœnalis aut imitans contractus sit odiosa & strictè, prout loquitur, interpretanda; quod volenti non fiat injuria; quod damnum quod quis suâ culpa sentit, sibi imputandum sit: quod ingrediens debuisset fuisse cautius mercatus &c. Posterior sententiâ fundatur in mente Concilij. Trid. cujus intentio fuit præcavere, ne ingredienti ob præproptam bonorum distributionem à regressu impediatur, vel certè regredientes in paupertate vivere debeant: quæ ratio tantò magis etiam circa existentes in sæculo procedit, quando ipsi eventum Religionis, & supervenientes causas regressus minus prævidere possunt. Et alias frequentet eludi posset Concilium, si nimirum curarent parentes vel consanguinei, ut ante ingressum liberi renunciarent, ne deinde post ingressum possent retrocedere. Accedit etiam ratio æquitatis, quod in dubio potior sit conditio ejus, qui certat de damno vitando, quam qui de lucro capiendo. Nos haec quæstionem, quæ sicut sæpe evenit, ita multis tam Monasterijs, quam sæcularibus

præjudicare potest, cum hic & non nec cesses sumus nec consulentes cum superioribus, & seqq. relatis in dicitur, & Lectam, unde dicitur utriusque partis rationibus judicium relinquimus.

## ADNOTATIO.

**H**Oc privilegium egregiè in favorem Monasteriorum multis prolequitur Barb. *1. Eccl. Vn. lib. 2. 31.* qui omnino videtur sic.

Ad textus feudales contrarios plures exceptiones adducit Fach. *lib. 5. Cont. 4. 31.* et quibus illa videtur inter DD. recepta, quod intelligendi sint de talibus feudis, quæ requirunt personale servitium, quod non sit penitentiarius, nec per substitutum impleri possit, licet aperit colligitur ex illa causali, quam tradit Fodda I. C. in tit. *de Pajallo Milito*, qui arma belia deposuit, eo quod dicit miles esse laicus, qui factus est miles Christi, nec beneficium peritus ad eum, qui non debet gerere officium.

Unde etiam in Regnis Ducatibus & similibus dignitatibus non succedit Monasterium, quæ requirunt personale præstationem in campo bello, &c. bene autem in alijs feudis, licet habeant jurisdictionem annexam; non eam obset ratio impediendi successionem: non proprie jurisdictionem, quia ea potest exerceri per officiales Monasterij, sicut in alijs bonis Monasterij, cum alias nec alibi habeant jurisdictionem transirent in Monasterium: non potiam ratione incapacitatis feudi, quia Monasteria esse feudorum capacia constat ex *cc. de cap. Corr. in fin.*

*Ad n. 6. in fin.* adde rationem dispensationis inter Monasteria bonorum capacia & incapacia, quod in his professio magis assimilatur morti naturali, quia dominium nec in communi nec in particulari retinetur, & nisi statim fieret executio testamenti, dominium bonorum in via Religiosi esset nullius.

Dicit, in Monasterijs bonorum capacibus professus censetur civiliter mortuus. Quod Religiosus professus quidem spiritus alicuius mortuus mundo, non verò civiliter, id est quoad obfectus juris civilis, aliis ne quidem cum consensu Prælati possit agere in judicio, & minus Judex esse, neque succedere; deinde mortuus est

ENGEL

his non confirmaret, sed potius irritaret testamentum. *5. Infr. quib. mod. test. infr.* quod autem Religiosus non possit testari post Professionem, sic exinde, quod suam voluntatem in alium resignavit, nec amplius sui juris sit, sicut arguitur alius, effectus. Minus Religiosus perdit libertatem in sensu juris, aut efficitur servus iux. dict. *Priv. XI.* certe nec filius prohibente patre pro suo libitu agere potest, nihilominus homo liber non servus est. Quamvis enim libertas describatur, quod sit naturalis facultas ejus, quod cuique facere libet, additur tamen; nisi quid vi aut iure prohibeatur.

Ad eundem n. 6. in fin. ibi nisi ingrediens aliter disposuerit adde Molinam de l. c. l. *dispos. 1. 4. n. 4.* ita legata possunt in vita testatoris partitari, & aliquid pro legato in vita testatoris ulucapi potest, Rath. *Tract. de V. suc. c. 3. n. 1.*

Ad n. 17. Quæres, an illa constitutio Concilii, etiam in teris Imperii obliget? Affirmativè. I. Quia loquitur de Novitiis, qui sunt de foro Ecclesiastico, ergo in eorum dispositionibus attenditur Jus Canonicum. c. quod Clerici. de Foro comp. Non obstat, quod postea redeant ad sæculum, nam ad valorem contractus spectatur tempus & locus, quo initus est. II. Quia jus civile suppletur per Canon, ex causa æquitatis, c. 1. de Nov. op. nunci. licet verò jus civile sit contrarium in terminis generalibus *in re mandata. C. Mand.* non tamen in hoc speciali casu, ubi multa æquitas pro jure Ecclesiastico pugnat. III. Quia causa de qua disponit Trid. rectè censeri potest inter Ecclesiasticas, cum agatur de impediendo regressu ex Monasterio.

### PRIVILEGIUM X. Monasterium succedit Novitio sine legitimis heredibus defuncto.

1. An Monasterium succedat Novitio extantibus Conianguineis remissivè.
2. Non extantibus Conianguineis excludit fiscum.
3. Donatio ante professionem facta Monasterio non irritatur, licet professio morte præveniat.

Quidquid sit, an Monasterium succedat Novitio sine Testamento defuncto, si Conianguineos habeat, & saltem tacitè professus non sit, quod aliqui affirmant, aliqui negant apud Clarum in *5. Testamentum. q. 28. Fachin. 6. Contror. c. 19. Barb. in auth. ingressi. C. de SS. Eccles. n. 3. Mol. *dispos. 1. 4. n. 2.* Sane si Conianguineos Novitius defunctus non habeat, putamus Monasterio potius, quam Fisco Successionem adscribendam.*

Nam si quis ex aliquo Collegio honesto aut corpore Decurionum, Militum, Naviculatiorum &c. decedat sine legitimis heredibus, bona ipsius non ad fiscum, sed ad ipsum Collegium deferuntur *l. 1. c. 1. C. de Hered. Decur.* At verò Novitius censetur esse de Collegio & corpore Monasterii, cum ibidem habeat forum Judiciale & Parochiale, item & Privilegium Canonis, ergo &c. idque confirmatur ex l. *Si quis Presbyter. 20. C. de Episc. & Cler.* ubi generaliter deciditur, quod in bonis quarumcumque personarum ad vitam vel servitium Ecclesiasticum destinatarum, si absque legitimo herede defungantur (quod tamen hodiè in Religiosis Professis aliter se habet, in quorum bonis etiam Conianguinei excluduntur, quibus legitima non debetur *auth. nunt autem. C. jam d. t.*) non fiscus, sed Ecclesia succedat. Facit etiam *tex. in l. 10. ff. de luv. fide.* quod in dubijs quæstionibus contra fiscum rectè respondeatur.

Sed quid, si Novitius intra duos menses proximos ante Professionem inter vivos donaverit res suas Monasterio, & postea ante Professionem tacitè vel expressè emissam decesserit, aut Monasterium res sibi donatas petere vel retinere poterit? Ratio dubitandi sumitur ex Concilio Trid. *f. 23. de Reg. c. 16.* Ubi quæcumque renunciatio aut obligatio antea facta effectum non aliter sortiri dicitur, quam secutà Professione.

Verùm non obstante hac dubitandi ratione existimo donationem esse validam & invocabilem, quia intentio Concilii tantum fuit providere, ne vel ultimo momento regressus ex Monasterio impediatur, ergò ubi amplius non est libertas regrediendi, scil. post Professionem vel mortem naturalem, tollitur etiam dicta Concilii dispositio, & habet locum, quod dicitur, cessante ratione legis cessat ipsa lex, l. *adage.*



digere. v. quoniam. ff. de Iure Patron. & leges ita interpretanda sunt, ut verba intentioni, non intentioni verbis deservat. c. secundo 41. de Appel. l. scire leges. ff. de LL.

ANNOTATIO.

Ad n. 3. Dices, quando praescribitur forma a Qui, non habet locum illa Regula cessante causa &c. Sicut si matrimonium coram 100. hominibus sine Parocho contraheretur, &c. Professionem non esse formam dispositionis, quia eam non ingreditur, nec eius solennitatem, sed tantum esse conditionem, a qua dependeat dispositionis executio.

PRIVILEGIUM XI.

Religiosus quidquid acquirit, acquirit Monasterio.

- 1. Claudicat similitudo inter Monachum & servum.
- 2. Instin. extollit statum Monachalem.
- 3. An ut Religiosus teneatur ad paupertatem, necesse sit eam expresse vovete.
- 4. Fugitivi acquirunt Monasterio. An etiam ejeshi? remissive.
- 5. Quid de bonis transuentium ab una Religione ad aliam.
- 6. Quid, si legetur Religioso aliquid sub conditione, ut ad ipsam & non ad Monasterium pertineat?
- 7. Praelatus potest Religioso concedere peculium ad honestos usus & ex causa.
- 8. An Monasterium teneatur ex contractu Religiosus?

Non tantum bona, quae Religiosus ante professionem habuit, cedunt Monasterio, ut superius explicavimus, sed etiam quae post professionem sive per propriam industriam, sive per alienam largitionem acquirit: etenim Religiosus propter votum paupertatis proprium aliquid habere non potest.

Non tamen exinde inter Religiosum & servum paritas est, ut quidam imperiti sibi imaginantur. Nam servus nullo respectu quid proprium habet, sed quidquid acquirit, dominio acquirit, etiam ignoranti & invito. Monachus quamvis ex sua particula persona nihil proprium

habeat, ea tamen quae toti Monasterio, si iure identitatis quatenus in corpore Monasterij esse habet, sunt propria. In aliis quoque claudicat similitudo, & ut fecerimus praeterea: ecce servus ne quidem cum consensu domini potest munera peti, vel jus obire, cum dominus per suum coadjuvatum possit derogare iuri publico, quod de servis & liberis muneribus prohibuit, l. Barbarius ff. de Reg. Prat. l. 7. ff. de Testibus. Religiosus cum consensu sui Praelati potest esse in iudicio. Clem. 3. de Procurat. Advocat. & ibi Barbof. & DD. de Praesentat. vel de Iudex scilicet. Episcopus vel Vicarius Praelati Barb. de Offic. Ep. alleg. 24. n. 22. Deinde servus servilis abjectus est & vilis, Corporalis autem Monachus vivit tunc iustitiam, nec sic est honesta, sic commendare videtur. De eo venientem hominem, ut omnia quidem in oculam detegat, purum autem declarat. In naturali natura decentem, plurima secularium operum autem & humani cogitationis operem. Sed ad propositum

Q. I. Utrum Religiosus, qui non est praesens paupertatem, sed tantum obediens secundum regulam, sicut in quibusdam Religionibus usitatum, nihilominus de iure proprietatis? Resp. affirmative, quia non est castitatis, paupertatis, & obedientiae, sunt Religionis substantia, & inquit Pontifex, licet cum ad Monasterium, de Strat. Monach. adnexa regulari Monachali, ut contra ea non Pontifex, possit licentiam indulgere. Quae se per votum ad religionem ejusdemque obedientiam obligavit, hoc ipso etiam tempore & per necessariam consequentiam obligatur se ad ea, quae sunt Religionis & regulae substantia, Innocent. in c. consulti de Regul. n. 7. in Comment. de Regul. n. 18. v. vigintiannum. Azot. in s. Mor. p. 1. lib. 12. c. 4. q. 2. d. 1. munitur alij &c.

Q. II. Utrum etiam Religiosus, si ejeshi acquirant Monasterio? De Religiosis est, quod per suum factum Monasterium iure, quod in eos habet, private non potest. c. Abbates. 18. q. 2. De illis vero qui per se ab aliquo ordine ejeshi sunt, imperiti consuetudine DD. quod tales non liberentur voto paupertatis, licet non declinant esse Religiosi; ubi

ENGEL

hil tanquam proprium sibi possunt acquirere, sed solum jus habent ea sibi querendi, quibus praesens & de facto ab sustentationem indigent. *Axon. d. l. c. 10. q. 4. Navar. comment. 2. de Regul. 33. Palasp. 3. tra. 2. 10. disp. 2. p. 10. n. 5.* Tota igitur difficultas est, cui ergo proprietates bonorum per Religiosum ejectum acquiratur. Sunt qui Monasterio, sunt, qui Episcopo vel Ecclesiae cui Religiosus ejectus inscribitur, adscribatur. Videtur Less. *de l. c. l. lib. 2. c. 4. n. 112.* Molina *disp. 140. Pan. in c. 1. de infant. expof.*

**¶** *Quaer. 3.* Cui Monasterio acquirat Religiosus qui ab una Religione ad aliam transivit, sicut in *c. licet. 28. de Regul. cultibet Religioso conceditur ex zelo perfectionis ad strictiorem ordinem transire? s. esse distinguendum inter bona iam priori Monasterio acquisita, & inter bona quae acquirantur post translationem Religiosi: priori casu, bona manent iterum ab eadem apud Monasterium, cui semel acquisita sunt. Imò etiam ista bona priori Monasterio acquirantur, quae cedunt dum Religiosus in secundo Monasterio Novitiam agit, quia eo tempore adhuc revera est Religiosus prioris Monasterii, quod cum regredientem recipere debet, ergo eidem acquirat.*

Quod si Religiosus à mendicantibus bonorum incapacibus transcat ad non medicantes v. g. Carthusianos, bona in quibus eo tempore, quo transiens erat in religione mendicantium, constringuuntur successerunt, etiam in posterum apud eos manebunt, & similiter quae tempore Novitiam in secunda religione obveniunt ad consanguineos devolventur.

Posteriori vero casu, quando scilicet bona acquiruntur post Professionem in secunda Religione factam, subdistinguedum est, an secunda Religio sit bonorum capax, vel non, si sit capax, ista bona ad eam pertinebunt, ex praedicta regula, quod quilibet Religiosus acquirat suo Monasterio. Si sit incapax, ut si quis à Benedictinis hereditas aliqua, haec non priori Monasterio à quo per Professionem in secundo planè liberatus est, sed consanguineis acquiratur, ita ex Decretis *Cas. & Decis. Rota Rom. tradit Barb. l. 2. v. lib. 1. c. 42. n. 91.* Tamb. *de l. iro Abb. 20. 3. disp. 7. q. 6.*

**¶** *Quaer. 4.* Quid censendum, si Religioso aliquid legatur in testamento, vel donetur sub hac conditione, ut ad eum, & ipsi ad Monasteri-

um pertineat? *s. cum actus praesertim ultimae voluntatum ita interpretandi sint, ut valeant potius, quam ut pereant; L. in contrahenda. ff. de R. l. l. qui quadraginta. ff. ad l. Falt. & verba Testatoris debeant intelligi secundum conditionem personae. L. plenum. §. Equit. ff. de Usu & hab. idem praedicta conditio in hunc modum exponenda erit, ut commoditas sola & usus pertineat ad talem Religiosum; quod si Abbas concessit nolle, cotruerit Legatum tanquam defectu conditione, *Barth. in auth. exipitur. C. de bon. qua. liber. Pan. in c. Monach. de statu Mon. n. 8. Molin. disp. 140. n. 10.* Si tamen Praelatus consentiat, Monachus vero usum & commoditatem sibi competentem Monasterio resignet, valida erit resignatio juxta regulam, quod quilibet favori suo renunciat potest, *L. pen. C. de Pass. Sanch. l. 7. mor. c. 17. n. 0.**

**¶** *Quaer. 5.* An ergo Praelatus possit dare licentiam ut Religiosus certum aliquod peculium habeat? *s. Sententiam esse ferme usi receptam, posse Praelatum alicui Religioso aliquod peculium ex rationabili causa (ut quia in studiis vel alia administratione aut expeditione extra Monasterium versatur) in genere ad usus honestos concedere, dummodo ita concedat, ut non simul potestatem revocandi à se abdicet, & Religiosus paratus sit ad quamcunque revocationem Praelati id resignare. Unde statutum Concil. *Trid. sess. 25. de Regul. c. 2.* quod non liceat Superioribus bona stabilia seu immobilia alicui Religioso concedere etiam ad usum fructum, usum, administrationem vel Commendam, à plerisque tantum de concessione perpetua & irrevocabili intelligitur. *Vid. cc. apud Barb. ad d. c. 2. Trid. n. 2.**

**¶** *Quaer. 6.* An, quia Religiosus omnia adquisit Monasterio, teneatur Monasterium ex contractu ipsius, vel ad debita solvenda? *s. non teneri, nisi quatenus tacite vel expresse est Religioso commissis aliqua administratio. Quod si ex facultate superioris versetur aliquis in studiis in loco distant, vel in aliquo alio negotio, obligaretur Monasterium ad ea, quae ibi prout attentà qualitate personae vel negotii recta ratio postular, contraheret; quoniam eo ipso quod ad id mittitur, censetur illi concessa facultas celebrandi ejusmodi contractus. Aliis vero contractibus, quos Religiosus ultra administrationem ac facultatem tacite vel expresse ipsi concessam.*

cellam iniret, licet in hoc sensu obligaret secum contrahentes Monasterio sine proprio sine Monasterii nomine contraheret, quod in potestate Monasterii esset illos ratos habere, non tamen obligaret Monasterium, quatenus non posset non habere illos ratos, Ita in terminis docet Molina d. disp. 140. n. 22. cum Innoc. Pan. Navar. & alijs, cujus verba placuit describere, quia scio decisionem apud nonnullos esse exotam. Utrum autem saltem fideiullos pro Religioso interveniens obligetur, vid. apud eundem Molina. n. 23. c. pen. de Fideiuss. & c. de Solut.

ADNOTATIO.

Ad n. 2. Adde servus potest vendi, manu mitti autem peculio, quae se aliter habent in Monacho. e. cum Monasterium. de Stat. Mon. Item servus non potest accusare dominum. L. pen. & fin. C. de his qui acc. non poss. Monachus potest accusare Abbatem etiam sumptibus Monasterii, c. ex parte. v. de Accus.

Ad n. 3. Adde instantiam de Clerico suscipiente majores Ordines, quibus cum votum castitatis annexum sit, hoc ipso Clericus id implicite votare censetur, c. un. de Voc. in 6. Est enim promissio non tantum expressa, sed etiam tacita & implicita, quoties agitur talis actus, qui secum trahit obligationem. L. 2. & 4. ff. de Pact. & s. i. Inst. de Oblig. ex quasi contr. Nec curatur, licet professus habitualiter ita fuerit dispositus, ut si scivisset se obligandum ad paupertatem, non fecisset professionem, quia habitualis dispositio non attenditur in illis contractibus, qui traditione sui perfectiuntur, sicut matrimonium & professio Religiosa. Dixi in Lib. IV. Decretal. de Sponsal. §. 4. n. 4. in d. quamvis actualem dissentium ad paupertatem posuisset proficens, licet tunc ex voto non obligaretur, esset tamen incapax proprietatis ex dispositione Regulae & jure communi, d. e. cum ad Monasterium, & c. ex parte. C. de Accus.

Ad n. 4. Si Religiosus injuste ejectus sit, omnes fatentur talem ejectionem non nocere Monasterio, quod sine culpa jure suo privati non debet; neque delictum Praelati nocet Ecclesiae & delictum de R. l. in 6. Idem videtur dicendum, si ejectus salva disciplina regulari potuisset reconciliari Monasterio, & tantum per Praelatum fieri quominus reconciliaretur, arg. c. ult. de Regular.

PRIVILEGIUM XII  
Monasterium solvit jus Potestatis.

1. Assertum procedit in favorem non in contra Monasterii.

2. Bona obventionia filii post Professionem cessantur esse quasi castrensis patris.

Hoc assertum ita simpliciter tradit Patrum in c. in presentia de Prob. n. 14. Sed notabilem ampliationem ponit addito ad hanc d. cum Bald. Barth. Paul. de Call. ut procedat quantum patria potestas est Monasterio, non autem in quantum est favorabilis. Quia filius, per ingressum in Monasterium, per professionem & suavitatem non amittit.

De usufructu etiam Patrum in bonis adventitiis filiam, competunt aliqui non improbitate statuerunt, cum per Professionem filii quod amitti, & consolidari cum proprietate, non tantum per Professionem Patris. Quae de rebus sa. D. D. opiniones videantur apud Patrum d. d. l. 140. n. 8. & 12. Facit, s. 1. n. 1. C. de novum, utiple appellat argumetum, quod probare vult Patre Religionem potestatem fructum redire ad filium, & emittit in eadem debet, putat enim alium fructum neque in Patre Patris, constituit neque tanquam in herede personale, in Monasterium transmitti potest quod fundamentum falsum esse jam superius in Privilegio IX. n. 2. & 3. diximus.

Hoc apud omnes in Confessione est, quod illis bonis quae filio Religionem potestatem per Professionem adveniunt, Patri nihil juris habent, sicut omnia bona filii post solutem. Ceterum adventitia in numerum quae realiter potestatem cullii redacta sunt.

ADNOTATIO.

Ratio privilegii est quoad patrem, quod si jam sit in potestate Abbatis, aliam in potestate habere non potest; quoad filium vero, quia per professionem profus ex dono patris & patris obedientiam abstrahitur, transmittit obedientiam Abbatis incompatibilem cum potestate laici in paterna. Quod quidem potestatem personam filij omnem liberet concedenda, d. de

ea difficultas est circa usufructum patri in bonis filij competentem. Negantium fundamenta duo sunt præcipua. 1. Quod usufructum per ingressum filij amitti, non habeatur in iure statutum. 2. Quod filius per suum factum non possit patri præjudicare. Affirmativa tamen sententia valde probabiliter defendi potest. 1. ex textu N. 5. c. 5. Ubi Imperator vult, ut res profecti immediate transcant omnino in Monasterium, sed non transit omnino quod transic quoad solam proprietatem. 2. Valer argumentum à *Repub. & militia ad Religionem* ut priv. XXXVI. demonstrabitur, sed favore *Repub. & militia* omnis dignitas aut singulum valens à euna liberare, liberat etiam à patria potestate quoad personam & bona. N. 81. c. 1. ibi: *potestatem eis donans & liberi arbitrij esse præbens* &c. cigo &c. Et sicut in priori casu patri in quantum gravatur ex amissione usufructus, relevatur ex honore filij, ita in alio ex præiudicio ex accommodatione sancta & honesta filij, & honore status Ecclesiastici. 3. Cessante patria potestate tanquam causa cessat effectus retentionis usufructus. L. 3. in pr. C. de *Ron. mater*. Ad contraria et, ad 1. esse legem in d. 2. 5. quæ in dubio pro favore patris explicanda. juxta Priv. XXXXII. Et argumentum *leg. ex nov. 81.* quod sufficit L. 13. ff. de LL. Ad 2. dico: quod filius præjudicat patri per suum factum ex autoritate Legis, sicut si affectet dignitatem & consequeretur.

Pater in d. c. in *presencia de Prob. in ea est opinio*, quod patri saltem remaneat *demidia pars usufructus*, arg. L. 6. §. 3. C. de *Ron. qua lib. ubi hoc ita est statutum in præmium emancipationis*.

Quod patria potestas cesset in quantum est *inversa non autem favorabilis* Monasterio, & ita filius teneat *Jura suisatis*, iterum probatur argumento d. N. 81. c. 2. & ex *leg. quod ob gratiam alicujus est introduendum*, non debet in eius odium retorqueri, s. quod ob gratiam, de Reg. 1. in 6.

PRIVILEGIUM XIII.  
Monasterium purgat Ingratitudinem Filij.

Demonstratur hoc Privilegium satis probari ex Decreto Gratiani.

2. *Decretum Gratiani emendatum non tantum est Romæ, sed passim imprimitur & distrabatur.*
3. *Privilegium probatur scripturâ authentica & scriptis.*
4. *In antiquis sufficit imperfecta probatio.*
5. *Temerarium est Gratianum arguere falsi.*

Privilegium istud ab Imperatore Iustiniano concessum Monasteriis, ut filius Religionem ingressus propter antecedentem ingratitude[m] exheredari non possit, aperte tradit Gratianus in c. fin. 19. q. 3. Quia verò in vulgari Codicibus Nov. 123. c. 41. ex qua Gratianus illud cap. fin. desumpsit, non habet eadem formalia, quæ ponit Gratianus. ideo in controversiam à quibusdam vocatur, utrum hoc Privilegium ex eodem c. fin. sufficenter probetur. Et sufficenter probati, credimus ad oculum (seposito tantisper affectu contrarij) demonstrari posse.

Supponendum in primis, librum Novellarum, qui nostris temporibus habetur non esse primum originale, à Iustiniano Imperatore vel de ejus mandato conscriptum, fuerunt enim Novellæ primitus Græco idioma scriptæ, & deinde per diversos authores diversimodè in latinum translatae, ita ut *Gottofr. ad princ. Nov.* attestetur, se unam eandemque constitutionem multis sibi distimilem vidisse, & Henricum Agyllarum multas lacunas Holosandrinæ editioni, supplevisse. Nec de facto habemus alicujus Principis authenticationem, quod Novellæ ita & non aliter, sicut in vulgari exemplaribus habentur, in originali fuerint, vel quod ea interpretatio ex Græco genuina & vera sit. Cum tamen è contra Greg. XIII. per litteras ad principium Decreti impetratis universis Christi fidelibus notum fecerit, se opera Cardinalium aliorumque eruditissimorum virorum, Decretum Gratiani cum antiquissimis Codicibus contulisse, & ab erroribus emendatum perfectumque reddidisse. Atque hic emendatus Gratiani Codex non tantum extat Romæ, sed Anno 1606. Lugdani impressus ubique distrabatur & habet titulum: *DECRETUM GRATIANI EMENDATUM ET ANNOTATIONIBUS ILLUSTRATUM, CUM GLOSS. GREG. XIII. PONT. MAX. JUSSU EDITUM, AD EXEMPLAR ROMANUM DILIGENTER RECOGNITUM.* Et in hoc emendato Decreto suprapositum Privilegium expressè habetur insertum.

ferum, ac praterca id in antiquis Novellarum  
codicibus extitisse attestatur *additio* (utique au-  
thoritate Pontificis Gregorij appofita, ut collig-  
itur ex præfat. Decreto ad Lectorem) *ad d. c. fin.*  
*19. q. 2 & Covar. ex Armenop. in c. Reynun-*  
*tius. de Testam. p. 28.*

Potest ex illis omnibus breviter formo tale ar-  
gumentum: Privilegium quod non extat in O-  
riginali & desideratur in quibusdam copijs non  
tamen authenticis, probati potest ex alijs copijs  
magis authenticis & testibus &c. Subsumo; sed  
notum Privilegium desideratur in vulgatis No-  
vellarum exemplaribus diversimodè ex Græco  
translati nec authenticatis, & probatur per e-  
mendatum Decretum & Testes, scilicet Grati-  
anum, ipsum Pontificem in *notâ additionali &*  
*Covarutiam*, ergo satis probatur. Ut nihil dica-  
mus, quod in antiquis Privilegijs, præsertim  
quando cum antiquitate temporis favor Reli-  
gionis concurret, etiam imperfecta probatio suf-  
ficiat, sicut generaliter in antiquis testis de audi-  
tu, fama, scripturam minus authenticam, probant,  
*nota est & recepta sententia.*

Quod verò aliqui apud Covar. existiment,  
Gratianum in causa Monachorum fuisse suspen-  
sum, sanè mihi valdè temerarium videtur, de-  
lictum falsi de Vito Religioso & magnæ au-  
thoritatis præsumit etc. quare enim non potius  
præsumitur de quibusdam Laicis, quod in odium  
Religiosorum Novellam Justin. depravâ-  
rint. Religiosum etiam in causa sui Monasterii esse  
testem idoneum præcipuè quando ipse hic &  
nunc in specie non sentit utilitatem, abundè pro-  
batur *ex c. in super e cum nunciis. 12. de Testibus.*  
*c. et si Christus. 26. in fin. de Iurjur.*

ADNOTATIO.

AD 2. additio Reformatorum Decretau-  
thoritate Pontificis adjuncta ad c. ult. 19.  
q. 2. ita sonat, *Hoc caput expressè habetur apud*  
*Julianum Antecessorem N. 123. c. 59 in quo aliqui*  
*Gratianum reprehenderunt, qui hanc Juliani epi-*  
*scopi non minime videre poterant.*

Ad Num. 5. Novellarum vulgata editio habet  
tur pro authentica quidem ex consuetudine in  
quantum non apparet de contrasio per alias pro-  
bationes. Ipsum verò *c. 41. N. 223.* non est con-  
trarium *d. c. fin. 19. q. 2.* sed tantum non habet ca-  
dem formalitatem, quod nihil impedit, quin ex aliam

terpretatione, quod et deest, suppletur. Vnde  
etiam *Scripturam sacram* variè ab interpretibus  
transfertur, non tamen idè mens esse ambig-  
cam. Resp. 1. solam vulgatam lecturam  
quam latinam lætæ Scripturæ esse edocuit  
tam per Conc. Trid. sess. 4. in illo Decreto de  
non scripti. 7. si quis autem 34. 1. licet lectura  
quædam supplevit quæ in 70. Interpretibus  
considerabatur, ut illud: *ex Ægypto curam filium*  
*meum, habebat in Lezione Homil. in Iphigonia,*  
ita etiam Julianus ex coque Gratianus potius  
liquid supplet, quod desideratur in vulgatis  
Nov. Codicibus.



PRIVILEGIUM XIV.

Hereditatem delatam Religio-  
so capit Monasterium etiam  
eo repudiante.

- 1. Religiosi perunt ius succedendi.
- 2. Pater tenetur insinuatorem suum Religiosum
- 3. Dissensus Religiosi in animâ hereditate non  
præjudicat Monasterio.
- 4. An Religiosi succedant in Majoratu perempto.

SI Monasterium bonorum capax sit, quæ Reli-  
giosi ejusdem non tantum in Tellam esse  
redes scribi possunt, sed etiam sui pariter in  
consanguineis ad intestatus succedunt, omnes  
tales hereditates Monasterio acquiruntur per  
et. *et D. in L. Deo nobis, 6. 1. C. de Episc. & Cler.*  
Aded quidem, ut testamētum, in quo ius  
Religiosum non insinuat, ex causa præsum-  
tionis expugnari possit teste *Viv. 109. c. 1. com. de*  
*test. de Institut. & subsc. pag. 82. n. 20. & Maritus*  
*excludens Monachos a successione in rationem de*  
*contra libertatem Ecclesiasticam pronunciatibus*  
*bol. in d. L. 16. n. 15. Cov. in Relict. quævis de*  
*pat. in 6. p. 3. §. 2. n. vers. Maria de Iurjur. q. 4. cap.*  
*25. Decius in c. Ecclesia. De Constit. n. 49. ubi  
testatur opinionem esse communem.*

Potest nihil Monasterio præjudicabit  
Monachus hereditatem delatam repudiare, cum  
quia consensus aut dissensus Monachi in Jure  
effectum non habet *et si Religiosus, de Electio. de*  
*c. ult. de Sepult. in 6. cum etiam, quod Reli-*  
*giosus comparatur filiosam, qui licet repudiet*  
*hereditatem sibi delatam, pater tamen non potest*  
*judicabit, quo minus in totum adim possit. de*  
*C. de*

ENGEL

de Bon, qua lib. Barth. in l. c. de Vulg. subst. n. 21. Fachin. c. contror. c. 17.

Utrum autem Religiosi non tantum in simplicibus hereditatibus, sed etiam in feudis & Majoratibus succedant, videatur affirmans Barbosa in Collect. ad auth. ingressi. C. de SS. Eccles. n. 13. Et in tract. Jur. Eccles. Vn. ab. 3. c. 31. n. 3.

PRIVILEGIUM. XV.

Hereditatem delatam Religioso capit Monasterium etiam eo mortuo ante additam hereditatem.

- 1. Religiosus vivo Testatore decedens nihil transmittit in Monasterium.
- 2. Secus si post Testatorem decedat.
- 3. Religiosus retinet Jus suarum.

SI Religiosus vivo adhuc Testatore, adeoque ante delatam hereditatem decesserit, satis convenit DD. quod tunc Monasterium nihil pretendere possit, cum enim vivens non sit hereditas, nihil juris in ea potuit Religiosus in Monasterium transfere, sed solum spem, qua evanuit, ubi primum Religiosus per mortem defuit esse sicut Monasterii. Ita ex Viv. refert Barb. in d. l. Deo nobis. n. 14.

At vero si Religiosus mortuus sit post Testatorem, & ita jam post declaratam hereditatem, illi mortis non nocet Monasterio, quia hereditatem petere possit, nam cum Religiosus omnia sequitur Monasterio, ista hereditas delata, & jus eam ad vadi jam semel fuit Monasterio acquisitum, sicut docet Panorm. in c. in presentia de Probat. n. 77. & Fach. c. contror. c. 18.

Et haec Conclusio vel maxime procedit, si de hereditate paterna agatur, ubi non tantum ex ratione praedicta, quod scilicet Monasterio jus ad eundem jam acquisitum sit, sed etiam ex capite suarum (quae per Professionem non tollitur) in Monasterium hereditas non adita transmittitur. Barb. d. l. n. 14. Barb. in l. si infanti. C. de Jure delib. n. 10.

PRIVILEGIUM XVI.

Monasterium succedit in Fideicommissis sine liberis, &c.

Explicatur assertum.

2. Extenditur.  
 3. Restringitur.  
 Si alicui hereditas vel legatum relictum sit, & si absque liberis decesserit, per fideicommissum ei substituat extraneus, institutus vero vel Legatarius Monasterium bonorum capax ingrediatur, expiabit fideicommissum, & Monasterium per modum filii succedet.

Hoc Privilegium communiter colligunt & tradunt DD. ex c. in presentia s. de probat. & Novella 113. cap. 37. Idque extendit Panorm. in eod. c. s. n. 48. ut procedat, tamen si adjectum sit, si sine liberis legitimis ex suo corpore procreatis decesserit, quia adhuc testator non de Monasterio, sed liberis adoptatis & naturalibus tantum excludendis cogitare censetur.

Cessare tamen videtur haec praesumptio pro Monasterio, si fideicommissum ita conditionatum ad propagationem insignis alicujus familiae institutum esset, tunc enim bona ad summum in vita tantum Religiosi apud Monasterium manent, eo vero mortuo ad substitutos de familia probabilis pertinerent. Vid. Gutier. Can. 99. lib. 1. c. 23. Cov. var. Resol. lib. 2. c. 19. n. 6. & seq.

ADNOTATIO.

Hoc privilegium aperte traditur in Nov. 113. c. 38. his verbis. Si quis sub conditione nuptiarum, sive liberorum sive doti causa, aut tenentialis donationis donaverit sive reliquerit suis liberis sive alii cuiusque persona hereditatem sive legatum aut ab initio pure relinquerit, omnes eos substitutione aut restitutione, aut sub una praedictarum conditionum reliquerit vel donaverit, substitutiones vero vel restitutiones en fecerit adjectis conditionibus quibuscumque ex his quae superius enumeratae sunt: sancimus, si personae talibus conditionibus subiecta sive masculis sive foemina Monasteria ingrediuntur, aut Clerici Diaconisse aut Ageretis fiant. tales conditiones invidiosas & pro non scriptis esse. Et pauld post; in personis enim qua Monasteria ingrediuntur, Monasterio res sub conditione donatae aut relictae cum alio eorum substantia competere volumus. Nota praeterea ex hoc textu, quod etiam illa conditio habeatur pro non adjecta, si quis ita legaverit: Titio si non Religionem ingressus fuerit, lego 100.



PRIVILEGIUM XVII.

Monasterium non conficiens Inventarium, non tenetur in solidum aut ultra vires hereditatis.

- 1. Monasterium per ingressum Religiosi non acquirit eius bonis titulo hereditario. Et ideo non tenetur ultra vires bonorum.
2. Sed idem est licet titulo hereditario succedat.
3. Nov. 1. c. 1. non obligat in conscientia.
4. Monasterium restituitur contra aditam hereditatem.

ENGEL

Duplici casu potest hac de re Monasterio controversia moveri. 1. Si bona ingredientis xri alieno, obnoxia occupaverit. 2. si ipsi Monasterio ex Testamento cuiusdam extranei, vel ex persona alicujus Religiosi hereditas obvenit, quae per Monasterium non confecto inventario adita sit.

- 1. Primo casu & vivente Religioso Monasterium non tam jure hereditario, quam potius jure acquisitionis universalis (sicut olim arrogator) succedit, & ideo etiam non principaliter, sed tantum nomine Religiosi ob debita prius contracta, nec ultra vires bonorum conveniri potest. Arg. §. 3. Instit. de Acquis. per arrog. ita docet Barth. in auth. ingressi. n. 57. Et in auth. si quis mulier. n. 36. C. de SS. Eccles. Panorm. in d. c. in presentia. n. 75.
2. Sed & secundo casu hoc Privilegium Monasterio tribuunt Panorm. in c. 1. de Testam. Barth. in l. 1. C. de SS. Eccles. Bald. in l. ult. C. de iure delib. Cast. in auth. sicut C. de SS. Eccles. Ratio est, quia constitutio Nov. 1. c. 2. ubi heres non conficiens inventarium etiam ultra vires hereditatis de suo tenetur creditoribus, fundatur partim in praesumptione fraudis, quod heres non conficiens inventarium bona hereditaria surripuerit & occultavit, ut ex ipso textu satis luculeater apparet, cuiusmodi praesumptio non cadit in Ecclesiam; partim vero dicta constitutio est poenalis lata in poenam neglecti Inventarii (nec enim quasi contractus aditionis videtur esse in immensum ultra aequitatem & communem hominum intentionem) & quod heres occasione fraudi dedecit, per text. in d. c. 2. Nov. ibi: dabit eis pa-

nae exactio sua malignitatis etc. parales enim constitutiones Imperatorum non ligant Ecclesias. c. Ecclesia 10. de Constit. Ex qua etiam infertur heredem quemcumque non tenent conscientia ultra vires hereditatis, si tunc bona conscientia bona in hereditate invenit.

Quod autem Ecclesia habeat refectuarium integrum, si ex additione hereditatis habeat, in loco inferius dicemus, utitur enim Ecclesia per minoris c. 1. de In integr. rest. cui in hereditate hereditatem minus lucrosam adiecit. L. ad praes. 7. §. sed. Et si. §. ff. de Minor.

ADNOTATIO.

AD Num. 4. Meius recipiendum est hoc privilegium, quia nec defuncto, nec constituto eius praesudicatur; non defuncto, quia non potius honore afficit, ne bona eius propter avaritiam subfalterent, nec creditoribus quibusdam iam confecto inventario non haberet plus, si supponamus nihil amplius in hereditate fuisse.

Argumenta contraria sunt. 1. Lex Inventarii etiam jure Canonico recepta est in e. de Inventariis in fine Testam. n. illud capientes loquuntur de Lib. 2. Obligatio ultra vires non est ex ipsa praesumptione fraudis, sed ex quasi contractibus hereditatis. n. obligatio non est contractus supponere tacitum consentium & voluntatem; nemo autem prudens consentit nisi libenter, nec actus agit ultra intentionem agentis. v. g. si mulicus canat, aut histrio ludat, non neorad maximam mercedem, sed contentus nec est aequitas ut Ecclesia quae nec defunctus nec creditores ex amissione Inventarii laedi, nihilominus creditoribus de suo solvere debeat, quod non habuissent contracte Inventarii. Heres & defunctus censetur eadem persequi, ergo sicut defunctus fuit obligatus in solvendo, ita & heres. Resp. antecedens esse verum in bonis hereditarijs. 4. Quamvis non cadat praesumptio doli in Monasterium, cadit tamen in administratores eius. Resp. Praesumptio esse Insuperatorem; deinde delictum personae non nocet in Monasterio, Quod si etiam haec ratio foret imponendi poenam Ecclesijs non in iungendis his officialibus confessionem Inventarii, cum non esset statuere non fuit in potestate Imperatorum; Ecclesia. 10. de Constit. 5. Etiam in doli praesumptio. Resp. hoc esse verissimum, & pro-

pterea Dicos nihil in hereditate defraudantes non tenent in conscientia ultra vires hereditatis: interim in foro extero esse præsumptionem juris *de jure contra* quam non admittitur probatio in contrarium.

PRIVILEGIUM XVIII.

Quod relinquatur Monasteriis in Testamentis, non requiritur Juris Civiles solennitates.

1. In relictis ad pias causas non requiruntur conditiones Iuru Civ. nec solennitates sed tantum probatio.
2. Secundum Testamentum principaliter ad pias causas conditum, revocat primum conditum ad profanas.
3. Excommunicatus potest testari ad pias causas.

**E**T si de Jure Civili invalidum sit Testamentum, si is, qui fecit, Testamenti factorem non habuit, ut si fuerit deportatus, filiusfam. prodigus, cui bonis interdictum est, damnatus ad ultimum supplicium, mutus, sordus, aut æcus, tot. tit. Infit. quibus non est permiff. fac. Testam. Item si non adhibuit 7. Testes omni exceptione majores, & reliquas solennitates præscriptas in *L. hoc consultiſſima. C. de Testam.* aliter tamen se res habet, si Testamentum ad pias causas condatur, aut Monasteriis aut pijs causis aliquid relinquatur, tunc enim omnes illos qui sufficienti ratione præditi & Jure naturali ad testandum habiles sunt, licet de Jure Civili prohiberi testari posse, nullamque solennitatem exemplo Testamenti militaris & Patris inter liberos, sed probationem tantum ultimæ voluntatis requiri offerimus, hinc deinde hæc probatio fiat per Testes, etiam feminas, sive per Scripturam. Neque intertestan. Testator partim testatus, partim intestatus decesserit, ac filius legitimus in titulo institutionis reliquerit, an heredem instituerit, &c. per textum & *DD. in c. relictam. l. de Testam. c. 4. de Sepult. in 6. l. 1. de SS. Ec. Tiraq. de Privileg. pia causa. Privileg. 1. c. 2.* & communiter *DD.* Et cum hic de favore animæ agatur, pro quâ tale legatum relinquatur, ideo hæc constitutio non tantum de Jure Canonico & in *omnibus Pontificijs*, sed etiam in rebus Imperij locum

habere, communis & vera est sententia, Tiraq. *d. l. in princ.* \* Præterea per Testamentum secundum principaliter ad pias causas etiam absq; solennitate conditum revocari primum factum solenniter coram 7. Testibus, tradit Tiraq. *d. l. priv. 2.* cum Cast. Alex. & pluribus alijs.

De excommunicato dubitatur an Monasterio aliquid relinquere possit? Cum enim in excommunicatione decedat, videtur cessare favor animæ. Affirmativam tamen credimus esse veram: quia non statim perditur anima ejus, qui in excommunicatione decedit, cum possit quo ad Deum per contritionem internam fuisse absolutus, per textum notabilem in *c. à nobis 17. de Sent. excom.* Et deinde licet deesset favor animæ, subesset tamen favor piæ causæ.

ADNOTATIO.

**A**D Num. 1. Licet *DD.* passim conveniant, in testamentis ad pias causas remissas esse solennitates testamenti præscriptas in *L. hæc consultiſſima. C. de Testam.* volunt tamen aliqui, eos, qui de jure civili testamenti factorem non habent, ut deportati, filij, &c. ne quidem etiam ad pias causas testari posse, contra quos expressè & præ cæteris clarè nostram sententiam tenet Riccius in *praxi aur. p. 4. Rosb. 89.* Ratio utriusque partis est eadem: ideo enim in testamentis ad pias causas solennitates civiles non attenduntur, quia regulatur secundum *Jus Gentium*, de quo non habemus solennitates, sed sola voluntas defuncti ejusque probatio sufficit. At qui omnes isti, quos enumeravimus, quamvis quoad actus civiles sint inhabiles, sunt tamen capaces actuum *juris gentium*, ut contractuum & similia, quod autem testamenti factio origine *juris gentium* sit, præclare & fuse demonstrat Harprecht ad *princ. tit. Infit. de Testam. ordm d. n. 62.*

Accedit ratio, quod *LL. Civiles* non potuerunt nec Christiani Imperatores verisimiliter voluerint, aliquem habentem rem suarum dominium jure gentium & testandi private, quantum id expedit pro salute animæ sc. ad pias causas facit optimus tex. in *L. 1. C. de SS. Eccl.* ubi Imperator Constantinus unicuique dat licentiam, sacris locis quod voluerit relinquere.

Dices 1. damnati ad ultimum supplicium bona acquirunt *hæc*, ergo testari non possunt. Sed id hodie non obinet, excepto crimine læsæ mas-



testatis, *autb. bona damnatorum. C. de Bon. proscript. & heredis, & vergentis, de Hæres.* In reliquis autem criminibus succedunt ascendentes & (iuxta *id. autb.*) Collaterales usque ad tertium gradum; item uxor accipit dotem & donationem propter nuptias, vel si matrimonium sine dote sit partem bonorum iuxta *autb. preterea. C. Vn. de vir. & uxor.* tenent ergo hodie damniati dominium rerum suarum, & quamvis post sententiam latam si ut peregrini & amittant iura civitatis Romane, non tamen amittunt ea, quae sunt juris gentium, ut restitutionem ad pias causas, dammodo liberis aut parentibus relinquunt legitimum.

Dices 1. Filius, etiam de iure Canon. ad pias causas disponere non potest sine consensu patris, *c. 4. de Sopule. in 6. re. illud cap. intelligi vel de peculio tantum profectio*, quod totum est patris sicut ita inter se conciliantur, *L. 1. §. 1. ff. de Tut. & rat. distr. & L. 25. de mort. Caus. donat.* vel si intelligitur etiam de peculio adventitio. Hunc illud verbum *judicare*, trahendum est ad actum inter vivos, per quem scilicet statim fiat rei traditio & patri auferatur ususfructus. At vero per testamentum patri non præjudicatur; quia jam loco ususfructus accipiendo legitimam acquirat partem proprietatis, sicut si una cum fratre defuncti succederet ex communi in parte coheredis ususfructum non haberet, solum enim per mortem est jus patris potestatis consequenter & effectus ejus, scilicet ususfructus hereditario.

## PRIVILEGIUM XIX.

Ex Legibus vel fideicommissis Monasterio relictis non detrahitur Falcidia vel Trebellianica.

1. Heredi debetur quarta.
2. Non detrahitur ex legatis piji.
3. Legitima filiorum gravari non potest.
4. Monasterium heres detrahit falcidiam ex relictis alteri Monasterio.

Quod heredi in Testamento vel ab intestato hereditatis, & proinde si Testator tam magna & multa legata fecerit, ut heredi sua quarta non remaneat, possit per L. Falcidiam de singulis legatis proportionaliter tantum detrahere,

quantam sufficit ad complendam partem, & similiter si Testator posset totam hereditatem per fideicommissum alteri relinere, bona partem eam partem ex S. C. Trebellianico detrahatur, satis constat *l. 1. §. 1. C. de L. Trebel. SC. Trebel.*

At vero si Monasterijs aut piji causis fideicommissum vel legatum relictum sit, et communi sententia integrum abque ulla detractione restituere debet per *textum in autb. S. C. Trebel. ad L. Val. qui testis licet tantum de Falcidia loquitur*, favore tamen pie causae & proprias libertatem rationis etiam ad Trebellianicum extenditur, videantur innuunt DD. *ut in Traj. de priv. pia. cau. priv. 26. 27.*

Sed hæc in herede extraneo locum habent, nam filius suam legitimam etiam de legatis ad pias causas detrahere potest, quia legitime debet filijs iure nature & gravari non potest. *prope pulchrè D. August. in c. fin. 17. q. 4. in qua quæ exheredato filio heredes fecerit Ecclesiam, aliorum quartas qui iuricipias non Augustinianus filio proprio neminem invenit §. 6.*

Sed quid si Monasterium sit heres de alieno Monasterio legatum relictum sit, an hoc casu locus erit Falcidia? Affirmamus, eo quod privilegium contra partes privilegium non videtur Privilegio, sed jure communi. Arguitur *de similit. S. hic. in autb. qui rem C. de SS. Test. & de iur. tamen etiam possunt differuntur apud Traj. de priv. 26. V. Contrarium.*

## ADNOTATIO.

AD Num. 1. Ratio etiam hujus privilegij assignari potest, quod falcidia sit tantum civilis dispositio, cui pia causa non subiacet. Item argumentum est, quod in Testamento nullum quo procedit argumentum ad pias causas, scilicet falcidia L. in Testamento C. ad L. Falcid. L. 1. oblique ff. ad Trebell. Est quoque hæc sententia præsumpta voluntate defuncti, qui unquam abfectu bonorum maluit aliquid decidere heredi extraneo (cujus amicus post mortem non videtur) quam pias causas quæ post mortem privatione animæ Non obstat L. 1. §. ad legitimam ff. ad L. fal. quia correctæ dici potest per *l. 131. c. 12. Divinatoris autem est expellere alium tectus, Nov. quasi heres fuerit in dolo, quod nec verbo dicitur.*

Nec obstat L. si quis 42. C. de Ep. & C. 113.

Ubi Imper. videtur supponere, quod ad declinandam Falcidiam piæ causæ debeant institui heredes. *Imperatorem non dicere hoc debere fieri, sed narrare factum, si fiat.*

Ad Num. 3. Quidam existimant hanc exceptionem declarandam esse, ut procedat, nisi adsit legata profana, à quibus possit filius legitimam detrahere, cum legatarij non debeant esse melioris conditionis, quam heres extraneus, qui nonnunquam ob favorem piæ causæ totam quartam perdit. Huic sententiæ non repugno, illud adjectum, quod licet plures doceant legata ad piæ causæ tanquam alienum deduci, & sic totam hereditatem & quartam heredis minorum argumento ducto à libertate *L. si universa C. de legat.* id tamen non procedat circa legitimam filij, quæ debetur jure naturæ & nec per piæ legata gravari, vel diminui potest. *c. fin. 17. q. 4.* ideoque suam quantitatem sumit juxta proportionem omnium bonorum paternorum etiam computatis pijs legatis, licet ab his non detrahatur, sed à profanis.

Ad Num. 4. Non obstat, quod unum Monasterium non præscribat contra alterum nisi 40. annis, quia in præscriptione non est utriusque privilegii par conditio, cum unum Monasterium certæ de lucro, alterum de damno vitando. Item non obstat *L. si quis 49. C. de SS. Eccl.* quia ibi Episcopus non est heres, sed executor, imò licet esset heres, tamen aliud dicendum foret in legato pro redemptione captivorum, ubi captivi ceitant de damno vitando, & heres de lucro captivando.

## PRIVILEGIUM XX.

Donatio ultra 500. solidos facta Monasterio valet absque infirmatione.

1. Donatio ultra 500. solidos regulariter invalida est absque infirmatione.

2. Fallit in pijs causis.

3. Alia item exceptiones de jure communi.

Licet generaliter invalidetur donatio ultra 500. solidos (quo nomine plerumque 500. aureos seu 1000. Imperiales intelligunt) nisi coram magistratu fuerit infirmata. *L. sancimus, 34. C. de Don.*

Excipitur tamen donatio facta pijs causis & Ecclesijs teste Julio Claro in *S. donatio, q. 17. n.*

1. Ratio esse potest, tum quod Leges Civiles in dubio non extendantur in præjudicium Ecclesiarum, tum etiam quod donando ad piæ causæ & pro salute animæ suæ non censetur aliquis inconsultè agere. *ex. in l. si quis 36. in pr. C. de Don.*

Præterea etiam ex jure communi Civ. valetet donatio ultra 500. solidos facta Ecclesiæ, sicut cuilibet alteri, I. Si pro reparatione incendij vel ruinæ donatum sit. *l. si quis 36. §. 2. C. de Don.* II. Si diversis temporibus donationes fiant, ita ut singulæ non excedant 500. solidos, quamvis excedant simul sumptæ, *d. L. sancimus. §. 3.* III. Si Imperator qui supra Leges est, donet, *d. L. sancimus.* quod DD. etiam ad Principes & Dominos territoriorum extendunt cum Harphecko in *§. 2. Inst. de Donat. n. 145.* Demùm Donatio quæ fit ultra 500. solidos non vitatur in totum, sed tantum quatenus excedit prædictam summam, *d. L. si quis 36. §. 3. Cov. Nov. 162. c. 1. §. 2.*

## ADNOTATIO.

AD Num. 1. In contrarium facit *L. illud, 19. C. de SS. Eccl.* sed dici potest, principes sæculares non posse suis subditis legem imponere circa contractus in præjudicium Ecclesiæ, maxime si directè de Ecclesia disponant, *c. fin. de For. comp. in 6.* Item *d. L. illud* videtur correctæ per *L. si quis 36. in pr. C. de Don.* quæ est posterior & lata post consulatum Lampadij & Orestis, si enim valet donatio cujuscunque quantitatis pro redemptione captivorum, ergo valet generaliter pro redemptione animæ suæ, & ab una piæ causa ad aliam bona est argumentatio.

## PRIVILEGIUM XXI.

Valet donatio omnium bonorum facta Monasterio.

Donationem omnium bonorum tam præsentium, quam futurorum, regulariter non valere communiter tradunt DD. in *I. omnes §. Lucius, ff. Que in fraud. cred.* Sed quidquid sit de veritate hujus sententiæ, exceptio ab ea communis est, si talis donatio facta sit piæ causæ, Barb. *I. E. P. lib. 2. c. 13. n. 17.* Clarus. *d. §. donatio. q. 20. n. 3.* Cov. in *Rubr. de Testam. §. 2. n. 6. tex. in c. perlatum 19. q. 3.*

PRIVILEGIUM XXII.

Donatio facta Monasterio non revocatur propter ingratitudinem Prælati.

- 1. Procedit assertum, nisi Prælati cum Conventu ingratus esset.
- 2. Quasnam sint causæ ingratitudinis, ex quibus revocatur donatio.
- 3. Quare plures causæ sint exheredationis.
- 4. Ius revocandi donationem est personale.

**D**onationem revocari posse propter ingratitudinem Donatarii, patet ex L. fin. C. de Revo. donat. sed facta Ecclesiæ vel Monasterio, licet Prælati etiam una cum Conventu ingratus esset; quia in donatione facta piæ causæ principalis Donatarius est Deus, Barb. in c. fin. de Donat. n. 15. Clarus d. q. 20 n. 5.

**2.** Ad materiæ declarationem obiter hic addimus, 1. tantum ingratitudinis species esse expressas in d. l. fin. propter quas donatio revocari possit. I. si Donatarius in Donatorem impias manus injecerit. II. si atroces injurias (verbales, ut à priori injuria fiat distinctio) in eum effuderit. III. si græve damnum rebus ipsius inferre præsumpserit. IV. si vitæ infidiatus fuerit. V. denique si conditiones seu conventiones in donatione appositæ non impleverit. Unde quia Imperator in d. l. fin. inquit, ex his tantummodo causis revocari posse donationem, communiter DD. inferunt, quod aliæ causæ licet ad exheredationem liberorum sufficientes excludere censentur; neque revocari possit Donatio, quamvis Donatarius Donatorem captivum non redemerit, furiolum non erigaverit &c. Quare autem istæ causæ pro exheredatione liberorum assignata sint in Nov. tit. 6. 3. & non tot & tales pro revocatione Donationis, ista videtur assignari posse ratio, quod liberi non tantum teneantur malum non agere contra parentes, sed etiam teneantur ipsis *positivè* beneficere, utpote à quibus vitam, bona, & educationem accipiunt, & non facit suum officium filius, si patri injuriam non inferat, nisi etiam egentis & in periculis constituto succurrat; at verò Donatarius qui tantum unam vel alteram rem donatam accipit, tenetur potissimum injuriam Donatori non inferre, alias si teneretur etiam *positivè* beneficere Donatori, Donatio non esset contra liberalitatem, sed potius contractus

nerosus *do. ut facias* &c. \* Denim etiam illud adici potest, quod Ius revocandi donationem propter ingratitudinem, ex parte donatoris de donatarij sit ita personale, ut nec hereditariè nec contra heredes detur. L. his solis, 7. v. *personalis*. l. fin. v. *hoc tamen*, C. de Revo. don. v. *tamen* Barb. in c. fin. de don. n. 23.

ADNOTATIO.

**A**D Num. 1. Cape instantiam; si quis decesseret fratri alicujus principis, sperans beneficium à principe, profectò non revocatur donatio propter ingratitudinem fratris, quia ex donationis intentione principalis donatarius est Princeps, à quo sperat remunerationem; ita etiam, quum Prælati ingratus sit, Denstamen (cujus innotuit donatio facta est, & ad quem dicuntur pertinere bona Ecclesiæ Trid. sess. 21. c. 10.) liberalissimus remunerator est. Adde aliam rationem, quod delictum personæ non nocet Ecclesiæ ut priv. 2. d. ex c. delictum de B. T. in 6.

PRIVILEGIUM XXIII.

Donatio facta Monasterio non revocatur propter superventientiam liberorum.

- 1. Redditur ratio asserti.
- 2. Explicatur difficultas lex in c. fin. 17. q. 4.
- 3. Quanta debent esse donatio, ut propter liberorum revocari possit, est in arbitrio Iudicis.

**T**Ametsi supponatur illa sententia, quam mox citati tradunt in l. si unquam C. de Revo. donat. (quibusdam dissentientibus & parantibus d. l. tantum in Patrono donatore suo libero procedente) ut donatio revocari possit, si post eam discesserit contra spem nascantur liberi, quia si cogitasset de superventuris liberis, venisset non fuisset tantam donationem facturus: Nihilominus aliud dicendum est in donatione facta pijs causis, quia hec quilibet cogitatur plus diligere liberos suos, quam extraneos, non tantum plus quam Deum, quam animam suam, &c. à deo etiam cessat donationis revocatio, nisi in quantum est necessaria ad complendam legatam liberorum. Cov. var. res. c. 19. n. 1. Panorm. in d. c. fin. de don. n. 6. Non obstat c. fin. 17. q. 4. ubi refert D. August. factum Aureli Episcopi, qui Donationem suæ Ecclesiæ factam Deo

ENGEL

III

tori propter supervenientes liberos restituit, & subdit Augustinus quod *Iure poli*, retinere non potuisset.

Responderi potest, non potuisse retineri rem donatam *Iure poli*, in quantum fuit necessaria pro legitima liberorum, secus in quantum superabundavit; nec satis constat, an ipse Episcopus universalia reddiderit, & si reddidisset, tamen facta Sanctorum non statim inducunt præceptum.

Adverte etiam hic oportet non quamlibet donationem propter supervenientiam liberorum ex *Iure communi* revocari posse. Si enim sit exigua, qualem facere solent etiam qui liberos habent, cessat revocatio; quanta autem debeat esse donatio revocabilis, universaliter determinari non potest, sed ex qualitate personarum, divitiarum fiat, an pauperes, & ex damno filiorum arbitrio prudentis Judicis discernendum erit. *Memoch. de Arbit. lud. casu. 133. n. 2.*

## ADNOTATIO.

AD Num. 1. adde, quod aliquis saltem tantumdem censetur diligere animam suam, quantum liberos suos, atqui si uni ex liberis donatio facta sit propter supervenientiam aliorum, non revocatur nisi quoad legitimam. *L. 2. §. 5. C. de Inoffic. donat. C. de.*

Dices, has rationes rectè quidem procedere, si libeti vellent revocare donationem factam Ecclesie, at vtrò si ipse donator revocet, cessabit præsumptio, quod plus diligit animam suam, & c. *z.* Talem mentis declarationem esse injustam, & irrationabilem, ac proinde jure non admittendam. Sicut si quis donationem factam filio emancipato velet revocare in gratiam novi amici extanei, quem diceret, se magis diligere quam filium.

Contra interpretationem *c. fin. 17. q. 4.* obijcies, si illa verba, non autem *Iure poli*, intelligenda tantum sint de legitima. Ergo S. Augustinus prius malè dixit, quod *Iure fori* retinere licuisset, quia legitima ne quidem *Iure fori* retineri potest. Resp. quod illa verba *Iure fori* possint habere interpretationem sub prætextu *Iure fori*, ex quo jure donatio dicitur irrevocabilis: sicut ita explicans *c. filius 5. de Testam.* ubi Pontifex dicit, quod propter LL. Civiles asserentes valere Legatum rei alienæ, non liceat rem alienam invito domino detinere, quem tamen etiam de *Iure Civili* detinere non licet, nisi heres redemerit.

*z.* S. Augustinum probabiliter scripsisse ante illos Imp. qui propter supervenientiam liberorum concesserunt revocationem donationis, & idè dixisse, quod *Iure fori* retinere potuisset.

Resp. 3. Augustini auctoritatem tanquam Doctoris Scholastici esse probabilem, non decisivam, & Decretum Gratiani ex communi sententia revocari ad primævam auctoritatem, & quod SS. Patres etiam in multis articulis conscientiam tangentibus inter se fuerint contrarii, cuilibet facile patebit, qui vel parum Decretum Gratiani (quod exinde etiam *Concordia discordantium Canonum* dicitur) inspexit.

## PRIVILEGIUM XXIV.

Pollicitatio facta Monasterio irrevocabiliter obligat, etiam nemine acceptante.

1. Pollicitatio qualiter differat à pacto.

2. Assignatur ratio Privilegii.

3. Pollicitatio debet distingui à proposito.

Pollicitatio est solius offerentis promissio, *L. 1. §. de Pollicit.* differat à pacto, quod pactum sit duorum conventio sive promissio ab altera parte accepta. Item quod pactum simul ac perfectum est, statim *Iure naturali* obliget, *L. 4. §. de Pact.* Pollicitatio vero non prius obligat promittentem, quam si ab altera parte accepta fuerit, ac proinde prius liberè revocari possit *L. 1. §. sed si donaturus, §. L. absentis. §. de Donat. L. nuda pollicitatio C. de Contrah. stipul.*

Vtrum si Pollicitatio facta sit Ecclesie, Monasterio, vel alteri pie causæ, statim obligat etiam nemine acceptante, cum censetur facta principaliter ipsi Deo, qui, si sit bona, statim acceptat. *Molina de I. & I. disp. 263. n. 16. Felin. in c. 1. de Pact. in 7. Barb. l. e. v. lib. 2. c. 13. n. 29.*

Interim tamen non statim censeri debet Pollicitatio, si quis tantum propositum aliquid dandi vel faciendi coram alijs declaravit, sed necesse est, ut veram æt ualem promissionem fecerit, & g. dicendo ad debitorem, tot; quos mihi debes; dono Monasterio vel Ecclesie & c.

## ADNOTATIO.

AD Num. 2. adde aliam rationem: valet argumentum à Repub. ad Ecclesiam, sed pollicitatio facta Civitati vel Reipub. causâ honoris acqui-

E 2

acqui-

acquirendi statim obligat, *L. 3. ff. de Pollicitat. et*  
 quod etiam facta Ecclesie causa salutis acquiren-  
 di, vel causa alicujus commodi temporalis.

PRIVILEGIUM XXV.

### In Monasterium transfertur dominium sine traditione.

1. *Fundamentum Privilegii.*
2. *L. quoties C. de Rei vind. non habet locum in Ecclesiis.*
3. *Dominium ex Possessio bonorum ingredientis acquiritur Monasterio.*

**H**OC Privilegium DD. communiter colligunt ex *l. ut inter C. de SS. Ecc.* ubi pro rebus Ecclesie legatis venditis vel donatis, *Vindicatio* (quæ non nisi domino competit, *L. in rem ff. de R. Vind.*) conceditur, *Barb. d. c. 13. n. 12. Lessius l. 2. c. 21. n. 141. Anton. Gabr. commun. lib. 3. tit. de exempt. Conc. 2. n. 15. Et alii communiter.*

Unde ulterius inferunt, quod in re vendita Monasterio, non habeat locum *L. quoties 15. C. de R. Vind.* in qua lege disponitur ut re duobus vendita, præferatur is, cui in super tradita est. Hæc ergo dispositio cessare videtur in Monasterio vel in Ecclesia, in quam jam ante traditionem transfuit dominium, & consequenter ei vindicatio contra quemcumque Possessorem competit, ut cum *Barb. d. l. n. 14.* docent magno numero ibidem citati.

Illud quoque hic notanter signari potest, quod in bonis ingredientis Monasterium per ipsam Professionem, non tantum dominium acquiritur Monasterio, *auth. nunc autem C. de SS. Eccles.* sed etiam Possessio sine alia apprehensione, teste *Barth. in auth. Ingressi, n. 59. Et auth. si qua mulier, n. 17. C. de SS. Eccles. in l. si adops arvero, ff. de Precario.*

PRIVILEGIUM XXVI.

### Delictum Prælati, vel Reli- giosi non nocet Monasterio.

1. *Declaratur exemplis.*
2. *Quid, si Religiosi omnes delinquant?*
3. *Quid de Prælato vasallo committente Feloniam?*

**D**ESUMITUR hoc Privilegium ex *c. Delictum 76. ubi Gloffa aliique scribentes omnes de*

*Reg. 1. in 6.* omne quod Prælati vel Religiosi commiserint crimen læsæ Majestatis, hæresis, vel aliud quod habet anæctam peccati capitalis, non tamen propterea bona Monasterij confiscanda erunt.

Item si Procurator Monasterij commiserit crimen falsi in judicio, vel aliud propter quod debeat causam perdere, non ideo Monasterium per turam causæ patitur.

Imò si Religiosi omnes in aliquo Monasterio delinquant, & incorrigibiles sint, non propterea bona Monasterij ad profanos usus transferantur, utpote quæ semel ad cultum divinum destinata sunt; sed expulsi incorrigibilibus alii ejusdem Ordinis, vel in horum defectu aliter Ordinem inducendi sunt, si nulli profanos Regulare vel Monasterium suscipere velint, rursus demum & non prius, ad Clericos seculares nos autem ad Laicos transferendum erit *jun. c. inter quatuor de Relig. dom. c. relatum. 7. Ne Clerici vel Sacerdotes possessiones, de Reb. Eccles. non aliam.*

In Feudis Ecclesiasticis id speciale est, quod ob Feloniam, seu delictum à Prælato commissum amittatur quidem Feudum, sed solvitur tam diu maneat apud Dominum quam si Prælati delinquens vivit, & in dignitate est, sed verò deposito vel mortuo ad Ecclesiam revertitur, *c. ult. de capis, Comrad. Fach. 7. Contr. 2. circa finem. Clarus, in 5. feudum, q. 67. Et ibi ad dictio Harprecht, si verò Prælati in alio loco non petisset debito tempore, & licet eorum non mittendo peccasset, crederem Ecclesie, per ipsam institutionem in integrum succurrere, per ea quæ tradit *Barbosa in Collect. ad l. 2. C. si aduersus delictum, num. 7.**

#### ADNOTATIO.

**A**D n. 1. Potest quidem aliquando Prælati nocere Monasterio in illis quæ consistunt in omittendo ob publicam utilitatem, ut prædicatione, vel ob iudicij auctoritatem, ut in necessitate exceptione vel defensione omissa, non tantum cum effectu, quin Ecclesie detur restitutio. *Vel. Glo. in d. c. delictum de R. l. in 6.*

*Ad n. 3.* Sed quare potius feudum quam donatio propter ingratitude Prælati revocatur juxta dicta priv. 22. Resp. Cum feudum regulariter sic contractus onerosus habeatque annexam obligationem servitii, cessat illa ratio quod principales censetur datum *D. B. O. si quis*

ponamus tale feudum, quod per ingressum Vasalli est acquiritum Monasterio, iterum ingratitude Prelati non nocet, quia proprius Vasallus scilicet Religiosus ex cuius persona Monasterium retinet feudum (juxta dicta priv. 9.) non est ingratus. Demum si feudum fuisset datum Ecclesie principaliter intuitu pietatis, sicut olim principes seculares fundarunt Episcopatus & Abbatis, non crederem perdi propter ingratitude Prelati, eod quoddam collatio feudi censetur principaliter facta in Deum, qui nunquam ingratus est, ut superius de donatione facta Ecclesie dictum.

## PRIVILEGIUM XXVII.

Tempore interdicti Generalis in Monasterijs possunt privatim celebrari Missæ & divina Officia.

1. Hoc Privilegium etiam alijs Ecclesijs conceditur.
2. Tempore interdicti possunt pulsari campana ad concionem & Angelicam Salutationem.
3. Abbates possunt benedicere & consecrare paramenta Ecclesiastica.
4. Clericis & Religiosis conceditur sepultura Ecclesiastica.
5. Interdicto Clero non censentur interdicti Religiosi.
6. Eucharistia potest ministrari Religiosis etiam extra articulum mortis.
7. In 5. anni festivitibus suspenditur interdictum.

Idem Privilegium alijs quoque Ecclesijs communc est; ut interdicti tempore in ijs possint divina officia celebrari singulis diebus, inquit Pontifex, in c. alma mater de sent. excom. in 6. in Ecclesijs & Monasterijs Missa celebrentur, & alia divina Officia dicantur, sicut prius submissa tamen voce & januis clausis, excommunicatis & interdictis exclusis, & campanis etiam non pulsatis. Quod de pulsu campanarum dicitur, de illo intelligitur, quo populus ad divina convocati solent, non autem quo ad concionem vel ad Angelicam Salutationem.

Possunt quoque Abbates tempore interdicti localis benedicere ornamenta Missalia, consecrare calices & campanas &c. dummodo publice non faciant, sed januis clausis ut præmissum. Cum hæc non sint Sacramenta, sed tactum est.

dinata ad Sacramentalia, ut tradit Tambur, de iuro Abb. tom. 2. disp. 16. q. 5. in fin.

Item tempore interdicti, licet alijs denegetur Ecclesiastica sepultura, Clericis tamen & Religiosis, qui interdictum servarunt, ea conceditur, quod in te, it. de Penit. & remiss. Tamb. d. l. q. 7. n. 2.

Potest si Clericus alicujus Civitatis interdictus sit, hoc interdictum ex communi sententia ad Religiosos non extenditur, quia Religiosi veniunt nomine Clerici in favorabilibus, sed non in odiosis, ut cum multis cc. docet Tambur. d. q. 5. n. 5.

Cætera de interdicto qualiter nimirum eo tempore omnia Sacramenta præter Baptismum, Confirmationem & Penitentiam, ac etiam Sacramentum Eucharistie solum tamen in articulo mortis (exceptis Religiosis quibus per Privilegia Pontificum indultum dicitur, ut etiam extra articulum mortis communicare possint, Tamb. d. l. q. 6. n. 3. & Layman, ubi infra) prohibeantur. Item quoddam in 4. anni festivitibus scilicet Nativitate Domini, Paschæ, Pentecostes, & Assumptionis B. V. (quibus etiam Martinus V. addidit Festum Corp. Christi) suspendatur interdictum, & divina Officia publice celebrare liceat, videantur apud Paulum Layman, in Theol. mor. lib. 1. tit. 5. p. 4. c. 2, & alios passim de censuris scribentes.

## PRIVILEGIUM XXVIII.

Per Monasterio est actio popularis.

1. Quamvis dicatur actio popularis.
2. Valet iudicium actum cum procuratore Ecclesiæ non habente Mandatum.


Dicitur actio popularis, quæ cuilibet de populo competit, cum tamen alijs nemo recte agat, nisi sua interite, vel ab alio procurator ad litem constitutus sit. Igitur pro Monasterio quilibet ad agendum admittitur, ut v. g. legata exsolvantur, ut ei reddatur quod debetur, prout in simili favore pupillorum introductum est, ut quis de populo eorum tutores suspectos accusare possit, s. 3. Insti. de subst. Tutor. l. milli. s. ult. G. de Ep. & Cler.

Ex quo uteritis etiam istud consequitur, quod sententia lata in favorem Ecclesie cum Procuratoris illegitimè constituto valeat, Barba.

d. l. n. 35 Tiraq. priv. 151. Roman. in auth. similiter C. ad. l. Falc. C. Conf. 9. n. 3.

ADNOTATIO.

AD n. 2. Sed quid, si sententia lata sit contra Monasterium? Resp. quod quilibet possit prodelle, non autem obesse Monasterio, e. quod ob gratiam de R. l. in 6. nisi qui sciente & non contradicente Monasterio procurator extitisset, L. qui paritur. ff. mand. ita tamen ut & hic Ecclesie restitutio in integrum concedatur.



PRIVILEGIUM XXIX.

In Processu Edictali & concursu Clericorum preferendum est Monasterium.

1. Ex omni sententia Ecclesia habet Privilegium personale.
2. Probabilis est praponi hypothecariis.
3. Res ex pecunia Ecclesie sicut & minoris comparata est eidem tacito obligata.
4. Bona administratoris etiam obligantur Ecclesie.
5. Si Monasterium crediderit in rescindendum pignus vel conservandum ex iure communi habet hypothecam privilegiam.
6. Si Ecclesia vendiderit rem aliquam & fidem de protio habuerit potest restitutionem in integrum petere & rem vindicare.
7. Qui vindicat precedit Privilegiatos.

**Q**uod Ecclesie & Monasteria praprendenda sunt Creditoribus Chyrographariis vulgo den Current. Schuldnern, licet expressam hypothecam sibi non constituerint, omnes facile admittunt: Sunt vero multi qui etiam hypothecariis creditoribus anteponunt, cum Melonio de iure Pralat. p. 2. n. 15, Beuth. lib. 1. c. 5. ea enim, inquit, quae iuris divini sunt, & ad cultum divinum pertinent, non debeat humanis legibus il ligari, & multo minus supprimi. i. L. Sancimus C. de SS. Eccl. & summa est ratio quae pro Religione facit, L. sunt Persona. ff. de Relig. & sumpt. Eam que sententiam & nos amplectimur, eo quod & mulieri ratione bonorum dotalium, & filio Jus Praelationis habentibus expressè comparant Ecclesiam Tiraq. privil. 143. & 148. Everhard. in Top. in loco à dote ad Ecclesiam, & in loco à fisco ad Ecclesiam v. 16. pulchrè Franch. & Palq. de

controv. Regul. par. 2. quae sume 96. Jacob. Schult. ad Modest. Pist. q. 129. atque ita confirmatio receptu esse testatur Joann. Köppen de j. l. a. 17.

Idque multo magis procederet, si ex pecunia Ecclesie res empta probari possent, quocirca sicut pupillo, tacita hypotheca eaque privilegia conceditur, L. itemque 7. ff. Qui solvit in pig. l. ult. Cod. de Serv. pig. ant. ita non videtur Ecclesie deneganda quae iure minoris videtur, c. 1. de In. rest.

Item in bonis administratoris sui Ecclesie tacitam hypothecam exemplo minoris in bonis Curatoris communiter conceditur DD. g. aut. in c. ex literis v. obligata & in Patro, a. n. de Figu. Neguzant de pign. 4. membro 7. part. n. 22. cum seq. Köppen d. n. 25. P. in c. hinc est.

Minus dubium est, si Monasterium vel Ecclesia crediderit ut res aliis obligata v. g. domus vel horrea & c. rescindatur, ut ab executione militari v. g. propter stultas Reipub. debitas vel ab oppressione alia violenta bellica liberentur, tunc enim non tantum pupillo vel Ecclesie, sed com liber hypotheca privilegiata constituitur, quod suis expensis saluum pignus fecerit, in l. ancedum 5. cum seq. ff. Qui paritur in pig.

Si Ecclesia vendat rem aliquam, & fidem de pretio habeat, emptoris autem bona substatantur, & res extet; quamvis fortassis dicit possit quod fidei brevis manus censetur reser pecunia Ecclesie comparata, quasi Ecclesia suam pecuniam ad tem emendam dedisset, ut L. rogasti, 11. ff. de Reb. cred. adeoque privilegiam hypothecam habeat, jura suspensio dicitur melius tamen per restitutionem in integrum sibi consultit Ecclesia vel Monasterium, nam tunc scilicet contractu dominium revertatur ad Monasterium, & pro re vendita vindicatio competet, qui autem vindicant futurus est ante Privilegia, inquit Ulpian. in L. si veniri s. in bonis ff. de Priv. Cred. de quo restitutionis Privilegio multa pluribus agemus.

ADNOTATIO.

AD n. 2. Adde si filicus praefertur hypothecariis quia est causa Dei. Triid. sess. 5. c. 20. ibi: et res Ecclesie qua Dei sunt. Deinde civitas habet praerogationem, ergo & Ecclesia, quae praefertur vel saltem equiparatur civitati. l. no inter. C. de SS. Eccl.

ENGEL

PRIVILEGIUM XXV.

Res Monasteriorum non præscribuntur nisi 40. annis.

- 1. Ex multorum sententia hoc Privilegium tantum procedit in rebus immobilibus.
- 2. Congruum est ut idem de mobilibus saltem pretiosis dicatur.
- 3. Præscriptio non currit viro Prælato malè alienante.
- 4. Tempore vacantis Ecclesie dormis Præscriptio.
- 5. Quidam Religiosorum Ordines gaudent majori quàm quadragenaria præscriptio.
- 6. Monasteria exempta non amittunt exemptionem nisi præscriptio 100. annorum.
- 7. Monasterium restituitur in integrum contra præscriptio.
- 8. Tempus restitutionis numeratur à die cognita præscriptio.

**S**I de rebus immobilibus, & Juribus incorporabilibus, quæ immobilibus accesserunt sermo sit, hoc assertum apud omnes receptum est, c. illud c. de quarta & passim de Præscriptionibus, c. 1. eod. in 6. Nov. III. in princ. De rebus vero mobilibus de Jure Civili quidem satis expeditum est, ad eorum præscriptioem non requiri annos 40. sed triennium sufficere. *auth. quas actiones. C. de SS. Ecclesie.* at tamen cum constitutio Civilis non obliget Ecclesias & Ecclesia 10. de Constit. & de Jure Canonico non fiat aperta inter res mobiles & immobiles distinctio, sed in d. c. illud generaliter dicitur, quod minor præscriptio adversus Ecclesiam quàm 40. annorum non admittatur & æquè jura res mobiles quàm immobiles apud Ecclesias conservari velint, nec sine solemnitate alienari, ut inferius dicitur, monet Panorm. in c. 1. de integ. restit. post num. 12. contrariam sententiam, quod videlicet nulla differentia inter res mobiles & immobiles faciendâ sit, pro favore Ecclesie æquiorè & tenendam esse, ejusdemque opinionis allegat Hostiens. in eod. c. 1. de In integr. restit. quod saltem in mobilibus pretiosis, quæ absque solemnitate nequeunt alienari Extravag. ambrosia. de Reb. Ecclesie non alien. valde congruum videtur.

**3** Illud præterea hic addimus, quod tempus præscriptioem incipiat primò post mortem vel depositionem Prælati malè alienantis, quia enim talis Prælati non est facile revocatus rem ali-

enatam, ideo ipso vivente Ecclesia censetur care-  
re legitimo defensore, c. si sacerdotes, 16. q. 4.  
Ricci. p. 1. ref. 32.

Nec minus istud notabile est, quod tempore vacantis Ecclesie Prælato mortuo, vel in hæresim aut schisma prolapsio, dormiat præscriptio contra Ecclesiam, & totum illud tempus Ecclesie vacantis de præscriptioe subducatur, nec in computationem temporis ad præscriptioem requisiti numeretur, c. de quarta & c. auditis de Præscript. c. 1. & ult. ne sede vacante &c.

Refert etiam Colendissimus meus olim Dominus Professor Arnoldus Rath. *tract. de usucap. c. 5. Ass. 35.* Monasteria quædam & Ordines specialiter esse privilegiatos, ut majori quàm 40. annorum præscriptioe gaudeant & ita Monasteriis Benedictinorum ab Eugenio Sexagenarium, Ordinibus mendicantibus & Ordini Cisterciensi primùm in Hispania & deinde per Communicationem in Superiori Germania centenariam præscriptioem à divitis summis Pontificibus concessam esse.

Monasteria exempta etiam centenaria præscriptioem jure se tueri possunt, si de amittenda exemptione agatur, ita ut minori tempore huius exemptionis privilegio per Episcopum vel alium non præscribatur, quia agitur de Jure Romanæ Ecclesie, contra quam non currit alia quàm centenaria præscriptio. D. Rath. d. l. assert. 30. cum Fach. lib. 1. consil. 50. per tex. in c. 4. de confirm. util. & c. ad audientiam, 13. de Præscript.

Cæterum præscriptio non infert damnum irreparabile Monasteriis quim exemplo Minorum L. un. C. si ad usucap. contra præscriptioem in integrum restituantur intra quadriennium computandum à die quo præscriptioem completam agnovissent, cum Ecclesia jure minoris semper debeat illa servari, c. 1. de In integr. restit.

ADNOTATIO.

**A**D Num. 2. adde rationem quod præscriptio sit species alienationis, L. alienationis. 28. de v. sig. ergo sicut in alienatione mobilia pretiosa Ecclesie comparantur immobilibus, ita etiam in præscriptioe.

Deinde advertendum est, quod authentica in Cod. positæ tantum probent, quantum Novelis correspondent, ex quibus delumptæ sunt. ut videt. *auth. quas actiones*, habet plura admixta, quam n. 11. c. 6. unde delumptæ est, nec ibi in p.

612



circa triennii præscriptionem, & minus circa mobilia pretiosa aliquid decidit; & si decidisset, tamen id Ecclesias non obligaret. *c. Ecclesia de Confit.* neque incongruè dici possit, quòd Imperator generaliter pro temporalibus præscriptionibus substituerit quadragessimam, & tantum exemplum dedit de præscriptione 10. & 20. annorum, exempla autem non testificant, sed declarent.

Ad Num. 2. Si tamen ultra tempus præscriptionis adhuc alii 40. anni lapsi fuissent, multis placet tunc etiam Juri petendæ restitutionis præscriptum esse, eo quòd lapsu tanti temporis pereat omnis actio.

PRIVILEGIUM. XXXI.

Monasteriis competit beneficium restitutionis in integrum.

1. Quando competat restitutio.
2. Remedium extraordinarium non datur quando adeest ordinarium, nisi istud sit pinguis.
3. Quibuscumque conditionibus detur restitutio.
4. Restitutio fit una cum fructibus.
5. A quonam Iudice petatur Restitutio.
6. Petita restitutio contra sententiam regulariter suspendit executionem.

**E**cclésiæ & Minorcanibus competere hoc beneficium si vel in Iudicio, vel extra ex facto suo læsi sint v. g. allegationem, exceptionem aut appellationem intra terminum legitimum commiserint, si rem minus justo pretio vendiderint, aut plaris emerint, si ex permutatione, hereditatis additione, aliove pacto aut actu damnum incutierint, apud omnes in confesso est *ex c. 1. & 4. c. 1. de In integ. rest. c. 1. ff. de Minor.*

Est autem restitutio in integrum remedium Juris extraordinarium, quo læsi in eum statum, in quo ante læsionem fuerunt per officium Iudicis reponuntur. Dicitur esse remedium extraordinarium, quia tunc primum datur, quando læso nulla alia actio superest, *L. in causa ff. de Minor.* nisi tamen remedium extraordinarium esset pinguis, ita enim minor vel Ecclesia ex contractu ultra dimidium justii pretii læsa potest omisso remedio ex *L. 2. C. de Resc. vend.* restitutionem in integrum petere, cum hæc sit pinguis remedium, partim quia in ea non est necessarium probare

læsionem ultra dimidium sed gratam de arbitrio lem; partim etiam si emptor ex *d. l. 2.* contrariatur, erit in ipsius arbitrio an rem reddere vel justum pretium supplere velit, si vero restitutio in integrum contra ipsum petatur, potest præcisè ad restitutionem rei tempore contractus. Abb. in *c. cum dilecti de Empt. c. vana. c. Cor. var. Regal. lib. 1. c. 3. n. 11. v. restitio bene est.* Dicitur hoc beneficium non tantum Ecclesiæ contra Laicos, sed etiam contra aliam Ecclesiam, licet minori contra alium Minorem, quia in pari causa melior est conditio ejus, qui errat de damnificando, quam qui de lucro exprobando. *c. nullus ubi Panor. n. 8. de In integ. rest. l. coram. ff. de Minor.*

Debent autem 3. potissimum conditiones concurrere ut restitutio in integrum locum habeat, I. ut petatur intra quadriennium quòd minori quidem currit à principio anni viginti sex, quando scilicet factus est maior. *l. fin. C. de Temp. in integ. restit.* Ecclesiæ autem à die læsionis. *Clement. n. de In integ. restit.* est tamen magis recepta DD. sententia hoc tempus ad initium esse utile, ut non currit Ecclesiæ ignorantia læsionem, nam in *c. 1. c. 2. de Resc. in integ. restit.* dicitur, quòd Ecclesia post quadrennium non sit audienda, si negligenter omiserit petere restitutionem, ergo aliud dicendum, si non ex negligentia, sed ignorantia restitutio ommissa sit. *l. non in nuth. quas actio. C. de SS. Eccl. c. Georg. Burch. Vol. 2. consil. 50 n. 21. 11.* requiritur probatio læsionis, nisi ex ipsa actus v. g. præscriptio allegatione id satis appareat. *cap. cum venerabilis c. c. constitutus d. l. I. An Prator. 7. 4. p. n. L. coram. 1. 1. 8. 3. c. passim ff. de Minor. In Curia tamen practicarum dicit Myll. Cent. 4. tit. 17.* ut minores qui appellationem omiserint sine alicujus læsionis probatione ad appellandum restituantur, eò quòd appellationis omisso læsio probabilis sit læsio, III. requiritur ut læsio contingit dolo adversarii vel inconfultâ facilitate læsionis vel occulto rei vitio, vel ex negligentia administratoris, si vetò casu fortuito damnum extraxerit, si v. g. domus empta incendio conflagravit &c. restituitur locus hand erit. *L. verum. 11. 4. c. 1. ff. de Minor.* Pond. res una cum fructibus læsionem extantibus restituenda est, tam de Jure Civili. *l. quod si minor 5. restitutio. l. patris ff. de Minor. l. si Prædium C. de Præd. Minor. ff. de Minor. l. si Prædium C. de Præd. Minor. ff. de Minor. l. si Prædium C. de Præd. Minor. ff. de Minor. l. si Prædium C. de Præd. Minor.* &c. quam de Jure Can. testat. *Corat. var. restit. 1. 1. 11.*

2. e. 3. & Barb. in c. ad nostram, de Reb. Eccles. non alien. n. 2.

Petitur restitutio ordinariè à Judice adversarii ex generali regula, quod à actor forum rei sequatur l. 2. C. ubi & apud quem rest. pet. Ecclesia tamen hoc Privilegium multi DD. attribuant, quod restitutionem in integrum contra Laicum etiam coram proprio Judice Ecclesiastico petere possit per c. 1. de in integ. rest. c. pen. de Reb. Eccles. non alien. Gutierrez, canon. 99. lib. 1. c. 3. 4. n. 20. Si contra sententiam petatur restitutio, v. g. propter exceptionem omnium instrumenta noviter repta &c. ipse Judex qui sententiam tulit restituere poterit. tex. summarium & Cast. in l. 2. C. sent. rescind. non posse. Gail. 1. ob. 114. n. 3.

Demum petita restitutio post latam sententiam suspendit executionem l. un. C. in integ. rest. post. no quid novi fiat. nisi causa restitutioni esset alioris indaginis & verisimiliter tantum ad protelanda littera peteretur, quo casu fieret executio præstita cautione de restituendo in casum victoris c. suscitata. 6. de in integ. restit. Minf. v. n. 1. O. 4. 2. C. Cent. 6. c. 8.

## ADNOTATIO.

AD num. 1. Adde unum notabile, quod sit in potestate Ecclesie ex contractu vel actu sui administratoris damnificata, an velit administratorem convenire vel restitutionem in integrum petere. imò electà unà viâ adhuc dabitur regressus ad aliam L. 2. 3. & 5. ibi. nullo eis præjudicio per electionem gerendo C. si tutor vel Curat. interven.

Ad n. 4. Egregia hoc loco moveri potest questio, an sicut is, qui scit esse alienam, eamque posse à se per vindicationem auferri censetur male fidei possessor, & teneatur omnes fructus etiam consumptos restituere l. certum 22. C. de Rei vind. ita etiam, qui scit, rem posse à se per restitutionem in integrum avocari? Resp. Negativè cum Covarum, Var. Resol. lib. 1. c. 3. n. 3. Videtur autem hæc questio fundamentaliter pendere ab ea, utrum qui cum malore vel Ecclesia contraxit, ex quo contractus, minor vel Ecclesia damnum accipit, teneatur in conscientia rem restituere, antequam per in integrum restitutionem petatur, supposito, quod contractus ceteroquin validus fuerit? Innoc. in c. quia plerique. De immum. Eccles. & ibidem etiam Panorm. n. 28. distinguit, an cum, vel sine dolo læsio contigerit? si

sine dolo, negant restitutionem debere fieri ante sententiam judicis, si cum dolo, affirmant. Ego hoc posterius distinctionis membrum sic opinor esse declarandum, ut si quidem dolo dederit causam contractui, ita scilicet, ut nisi illa dolo persuasio intervenisset, Ecclesia non fuisset contractura, res etiam ante Judicis sententiam restituenda sit; dolo enim dans causam contractui facit contractum nullum. L. & eleganter. 7. ff. de Dolo. Sin autem dolo tantum incidit in contractum, pura, quia in pretio defraudatio facta est, &c. censo, in animæ quidem judicio faciendam esse restitutionem seu supplementum justis pretij & compensationem damni, sicut fieri deberet, tametsi sine omni dolo læsio facta fuisset; non tamen debere rem ipsam restitui; etenim læsio per se non facit contractum invalidum, & consequenter non impedit, quo minus res ejusque dominium ex contractu acquisitum retineti valeat; unde etiam possessor fructus percipit non ex re aliena, sed sua. Sed dices, si talis jure dominij rem retinet & fructus percipit, ergo ab ipso amplius avocari non poterunt. Resp. dominium in re & fructibus acquisitum, quoad effectum esse revocabile, juxta dictas leges quæ usa cum re etiam fructus restitui volunt.

## PRIVILEGIUM XXXII.

## Res Monasteriorum sine solemnitatibus Juris alienari non possunt.

1. Prohibentur alienari immobilia & mobilia pretiosa, & quamquam accedantur immobilibus.
2. Res servando non servabiles potest Prelatus alienare.
3. Item res immobilis exiguas.
4. Similiter res antiquo alienari solent.
5. Quamam dicantur mobilia pretiosa.
6. Prelatorum potestas est amplior quàm tutor.
7. Pecuniam potest Prelatus sine solemnitate exâ pendere.
8. Concordatur c. terrulas. 12. q. 2. cum c. ut super s. fin. de Reb. Eccles.
9. An valeat repudiatio legati vel hereditatis sine solemnitate? (bilia)
10. Quando Prelatus possit exigere super re immobilibus?
11. Quales contractus veniant nomine alienationis?

12. Quæst.

12. Quando locatio ultra triennium valeat saltem quoad triennium?
13. An valeat locatio ultra triennium cum hoc pacto, ut singulis trienniis sit nova locatio?
14. Ad valorem alienationis requiritur copulatio causa & solennitas.
15. Cuius Superioris consensus requiratur?
16. Videtur probabile (sepositio sibi curia) ut in alienatione facta alteri Ecclesiae non requiratur superioris licentia.
17. Alienatio rei Ecclesiastica contra formam iuris est nulla, & ab ipso alienante revocari potest.
18. Poena male alienantium.
19. An rem male alienatam restituendi sit obligatio in conscientia.
20. Ecclesia non tenetur in rem male alienatam recipere; sed potest ex possessione adhibere solennitatem.
21. Res male alienata repeti potest una cum fructibus, cum distinctione tamen ibi posita.
22. Res Ecclesiasticae sunt praescriptibiles.
23. Non currit praescriptio viro Praelato alienante, & contra eum datur restitutio in integrum.
24. Quid possit consuetudo in hac materia.
25. Ecclesia revocans rem alienatam debet restituere pretium, sed non nisi in quantum est facta locupletior.
26. Quid debeat probare, pretium in integritatem Ecclesiae esse versum?

**I**N hac quotidiana non tantum Ecclesiasticis, sed etiam saecularibus cum Ecclesia contrahentibus seitu necessaria materia quam plurimae sunt quaestiones, & difficultates, quarum praecipuas antequam resolvam, dicam prius quae certa & fundamentalia sunt, ac mox dubitationes eo pertinentibus subiungam. Itaque.

*Certum est 1.* quod omnes res immobiles sive solo coherentes, ut praedia, fundi, domus &c. & mobiles pretiosae, sive ad Ecclesias regulares, sive saeculares pertinentes alienari prohibeantur; *Extra de ambitio. de Reb. Eccles. non alien. inter Communi. & 1. X. cod.* atque immobilibus recte annoverantur iura incorporalia: ut quae ad jurisdictionem pertinent; item servitutes praediorum, iura piscandi, venandi & census annui, si ex fundatione vel aliunde in perpetuum constituti sint pro sustentatione ministrorum Ecclesiae *Clem. 1. §. cumque annus redditus, de Verb. sig.*

*2.* *Certum est 2.* quod cum tantum mobilium pre-

tiosae alienari prohibeantur, idcirco libere possunt lacus vendere, & distrahere humorum, vineas, iumenta & animalia superflua, aliaque de hoc detrimendo notabili servari non possunt, quae huicmodi servando non servabuntur. *Extra de Curator. quomodo tamen potestatis magis restricta est, quam Praelatorum sine licentia alicuius alienare possunt. L. in qua. 1. §. L. Tutor. C. de Adm. Tutor.*

*Certum est 3.* quod etiam res immobiles si valde sint exiguae, longe distantes, & propter necessitates impensas magis Ecclesiae servanda, quam utiles, Praelati sine licentia alienare possunt. *c. terrulas. 1. §. 1. c. ad aures. & cap. 1. §. possessionis. x. h. r.*

Item etiam res ab antiquo alienari aut in feudum vel Emphyteusim dari solent, si vultus ad Ecclesiam revertantur, deinde sine nova licentia alienari, seu in feudum vel Emphyteusim dari poterunt. *c. 2. de Feudis d. Extra de Ambitio. Et licet commune Conclusio DD. ut res immobilis alienabilis cum solennitate, efficitur perpetuo alienabilis sine licentia, dicitur semper cum eadem Ecclesiae utilitate alienari cum plurimis citatis dicit Riccius in praef. cap. 1. resol. 26.*

Volunt tamen non minus communiter DD. ut res dicatur soluta alienari ab antiquo, vel facta alienabilis debeat praecessisse sua vel alienationis solennitas & interim spatium 40. annorum elapsum esse. Sicut et Decis. Rois. Roman. cum multis AA. referat Riccius d. l. n. 3. sub his certis.

Dubitat I. Quanam dicantur mobilium pretiosae, ut alienari nequeant? *3c.* illa dicitur mobilium pretiosa, quae sunt de thesauro, Ecclesiae vel ipsi propter pretium, autem aut antiquitatem, & splendorem Praelatorum conferunt, Reliquae quoque Sanctorum maxime vero ubi perpetua sepulturae mandatae sunt, inter mobilium pretiosissimae numerantur, & ita de Stylio. *Contra 2. non observati dicit Riccius in praef. supra p. 1. 1. 1.*

Ceterum autem non videtur prohiberi, quin Praelatus possit aliqua pecunia regere, aut dare, veteres calices aut ornamenta pro ornamento bonis ac pretiosis commutare. licet consuetudo passim declarat: talis cum communitate non est ita periculosa Ecclesiae, vel diametraliter absoluta venditio, aut donatio. Non obstat quod omnium rerum mobilium, quae servari possunt.

alienatio quædam fit Tutoribus interdicta d. 22. C. de Admin. Tutor. Prælati autem sunt Tutores suorum Ecclesiarum ut argumentatur Quaranta V. alienatio Rei Eccles. n. 24. \* Nam respondetur quod Prælati tantum in larga significatione sunt Tutores, cum eorum potestas multò sit amplior, ex quo eorum Officium est perpetuum, quàm Tutorum, qui curam pupillorum gerunt, quorum Officium tantum temporale est. Unde etiam fit, quod Prælati moderatas donationes de rebus Ecclesiæ etiam merè gratuitas facere possunt. c. 3. de Donat. quod tamen Tutoribus ordinariè prohibuitur est. L. Tutor. 13. §. fin. ff. de Admin. Tutor.

7 Dubitatur II. Utrum Prælati pecuniam numeratam possit liberè sine solennitate expendere, quamvis regulariter pecunia numeretur inter res, quæ servando servari non possunt, ejusque usus consistat in expendendo, nihilominus si aliqua summa pecuniæ specialiter destinata esset ad bona immobilià emenda vel Ecclesiæ edificandam, jam accenseretur bonis immobilibus, & sine causa ac solennitate alienari non posset: sicut propter eandem rationem Tutor alicujus pupilli ex tali pecunia ad comparanda immobilià destinata, nec sibi nec aliis debita solvere potest. Tex. in L. 3. §. quid ergo ff. de Contr. act. tut. atque idem esse si aliqua summa pecuniæ ex providentia antecessorum specialiter sit deputata pro gravissimis futuris necessitatibus docet Quaranta d. l. n. 25.

8 Dubitatur III. Verum res immobiliès exiguas & modici valoris, ita possit Prælati alienare, ut ne quidem consensum Capituli habere teneatur? \* In c. terrulas 12. q. 2. licentia datur Episcopo terrulas aut vineolas exiguas longè positas & Ecclesiæ minus utiles si necessitas fuerit distrahendi etiam sine Consensu Capituli. E contra in c. ut super §. fin. x. de Reb. Eccles. possessiones, inquit Pontifex, quæ Ecclesiæ minus sunt utiles pro aliis utilioribus de fructuum tuorum & sanioris partu consilio & consensu alienandi sive commutandi liberam concedimus facultatem.

In hac textuum varietate vel contrarietate licet aliqui velint de c. terrulas per c. ut super absolute esse correctum, quia tamen in dubio expedit iura Junbus concordare, ut evitetur Jurium correctio cum expedit de Elect. in 6. ideo placet concordatio quam insinuat gl. in d. §. fin. in V. assensu, ut scilicet textus in eod. §. fin. accipiat de permutatione, & de re quæ quidem in se est uti-

lis, sed tamen minus utilis comparatione rei magis utilis; textus verò in c. terrulas, accipiat de absoluta venditione seu distractione alicujus rei, quæ in se absolute spectata nullam vel exiguum utilitatem adfert.

Dubitatur IV. An Prælati possit pro re immobili aut mobili pretiola suæ Ecclesiæ donata, vel in testamento relicta accipere pretium, aut tale legatum, vel donationem omnino repudiare.

Ratio dubitandi est, quod tantum alienatio sit Prælati interdicta, talis autem repudiatio rei, quæ prius ad Ecclesiæ non pertinuit videatur potius non acquisitio, quàm alienatio ut existimat Sylvest. V. alienatio n. 14. facit l. 6. ff. Quæ in fraud. cred. Sequitur Riccius in praxi aurea p. 1. resol. 92. & ideo ista sententia probabilis est. Sed negativa sententia probabilior videtur, cum enim non tantum rei in specie legatæ dominium statim à die mortis Testatoris transeat in Ecclesiæ, sicut & in quemvis legatarium L. legatum. 80. ff. de Leg. 2. l. à Titio 64. ff. de Furtis, sed etiam dominium rei inter vivos donatæ Ecclesiæ, licet traditio non sequatur, ut superius Priv. 22. diximus, consequenter qui pro legato aut donato, pretium accipere, vel omnino repudiaret hoc ipso rem in dominio Ecclesiæ existentem alienaret. Quaranta d. loco n. 23. Prior autem opinio in legato quantitatis, generis, vel conditionario forsitan melius procederet, in qua propter incertitudinem dominium non statim transfertur. Sed diceres, etiam purum legatum speciei, non aliter transire in legatarium, quàm si id agnoverit, ergo si Prælati repudiaverit, erit adhuc potius non acquisitio, quàm alienatio.

Resp. 1 non requiritur postivam agnitionem, sed legatum simpliciter transire in legatarium, si non repudiaverit d. l. 80. quam repudiationem Prælati acquisito jam semel dominio ipsi Ecclesiæ, juxta dicta facere non potest. Resp. 2. Legatarium in legato pio non esse solum Prælatum ut is pro suo libitu repudiare valeat, sed totum Monasterium, imò aliquo respectu & ex sine legatis, ipsum Deum, à quo legata & donationes pie statim acceptantur, ut superius in Privil. 24. n. 2. dictum fuit.

Singularis tamen limitatio est circa Monasteria Mendicantium bonorum immobilium incapacia, ut si ipsis aliquid legetur aut donetur, illud sine solennitate alienare & pretium accipere possint Quaranta d. l. sub. n. 21.

Potèd quòd de re legata aut donata Monasterio vel Ecclesiæ bonorum capaci dixi, ut sine solennitate alienari nequeat, idem est de rebus immobilibus aut mobilibus pretiosis Monasterio per ingressum & professionem alicujus qua sitis, nam & horum plenum dominium per Professionem in Monasterium translatum est. *Aurb. ingressi C. de S. Eccl. Rice, in prax. aur. p. 1. resoh. 97.* Si tamen ex postfacto primum ex persona professi per mortem v. g. Consanguinei ejusdem Monasterio obveniret aliqua hereditas non videtur improbabile, quod eam prælatus ante aditionem sine solennitate ex justâ tamen causâ aliâs in conscientiâ tutus non foret, repudiare possit, quia tali casu tantum non acquireret, nihil verò propriè alienaret; tum quòd res hereditaria non acquirantur heredi ante aditionem: tum etiam, quòd aditio hereditatis nonnunquam propter onera hereditaria, aut latens æs alienum, si non periculosa, saltem parum proficua esse solet. Si tamen expost appareret lucrosam fuisse hereditatem, Ecclesiæ sicut minori restitutionem concedendam non ambigo. *L. 7 §. 6. cum seq. ff. de Min.*

**IO** Dubitatur V. An si lis instituta sit super re immobili inter Ecclesiam & extraneum, Prælatus possit per *viam transactionis* à lite desistere absque alia solennitate? Resp. esse distinguendum, utrum Ecclesia sit in possessione rei litigiosa, vel utrum possessio sit penes extraneum, & Ecclesia sustineat Personam Actoris: priori casu si per transactionem deberet adversario dimitti res immobilis, requireretur solennitas Juris, quia esset saltem possessio alienatio, secus in altero casu in quo nulla videtur propriè intervenire alienatio, cum ex supposito nec certum jus, nec possessio penes Ecclesiam extiterit. *Quaranta d. V. alienatio sub vim. 43. vers. 12. limita.*

**II** Certum est 4. quòd nomine alienationis in primis omnes contractus intelligantur quibus dominium utile vel directum transfertur, ut donatio, venditio, permutatio, feudum, & Emphyteusis & similes. Deinde etiam omnes contractus, quibus non quidem dominium, sed tamen possessio aut jus percipiendi fructus ex re Ecclesiastica ad longum tempus transfertur, cujusmodi sunt oppignatio specialis, usufructus & elocationes ultra triennium factæ d. *Extravag. Ambrosio, c. e nulli c. ad audientiam de Reb. Eccl. Verum.*

**12** Dubitatur I. An locatio rei Ecclesiastica facta

ad longum tempus v. g. ad 10, annos sine solennitate tota quanta contrahitur, vel in saltem valet quoad primos 3, annos, eò quòd locatio rei Ecclesiastica ad triennium etiam sine omni solennitate permittitur? Pro valore talis locationis saltem quoad triennium facti Regula 17. dicit, quòd utile per inutile vitari non debet, ut si quæ reparabilia sunt, quemadmodum dicitur Civilis si quis una vice ultra 100. solidos locaverit, valet quidem donatio quoad 100, annos, contra quòd locatio ultra triennium facta contrahitur nulla sit, suadet Textus in d. *Extravag. Ambrosio c. in Clem. 1. de Reb. Eccl. quæ sine electione talem contractum annullat, & vicia hic habere locum vulgare dicitur, quòd Prælatus voluit (videlicet locatorem ultra triennium non potuit, & quòd potuit (videlicet locatorem ad triennium) non voluit: et autem non iuris, quòd in omni actu non tantum potestas operatur sed & voluntas ejusdem desideratur, etiam per 1. 3. de Off. Lud. Deleg. Sicut ex eodem fundamento testamentum coram 5. Testibus regulariter, & in dubio non valet in vim Codicilli, nec matrimonium sine Parocho contractum valet in vim sponsalium de futuro.*

In hac celebri controversia notabili diffinitione utitur Gutierrez *Canon. q. 1. c. 11. n. 5.* quod si una tantum indivisibilis locatio facta sit v. g. si una tantum percho constituta sit pro octo annis vel si ex aliis conjunctis appareret, ut locatum non aliter locatio, & conductorem non aliter conducterem voluisse quam ad integrum decennium tunc talis locatio tota contrahitur, quia contrahentium voluntas circa triennium locationem deficit. Sin autem modo contractum prædium Ecclesiæ locatum fuerit pro annis professione, & ita divisibiliter ad primum, secundum, tertium, & reliquos annos, tunc valeat debeat locatio ad primum triennium juxta jura superius pro affirmativa sententia allegata.

Dubitatur II. Verum Prælatus possit per aditionem Ecclesiæ saltem cum hac clausula: *ultra triennium v. g. ad 9. annos locare ut singulis trienniis sit nova locatio?* Affirmative Respondet Bald. in l. voluntas C. de Fidei commissis eò quòd necesse non est diversæ locationes, & singulis non ex necessitate ultra tempus à lege permissum. Sed contraria sententia verior est, quam tenet Covarr. *var. resoh. 16. m. 4.* Videtur enim tale pactum in fraudem loca-

ENGEL  
 ...  
 ...  
 ...

gis inventum, cum in effectu nihil vel parum interit an res absolute locetur ad 9. annos vel an prædicta clausula adjiciatur, quia utroque casu perceptio fructuum ad longum tempus contra intentionem legis separatur. Constat autem quod contra legem facere & in fraudem legis, sive contra ejus intentionem facere æquipotentur *c. fin. d. Reg. Jur. in 6.* quo etiam adferri potest bonus textus in *Nov. 7. c. 3. in fin.* Unde non obstat ratio Baldi quod sint plures locationes verbotesus, in effectu tamen, ut dixi, est locatio ultra triennium, quia Prælati se obligat quod post primum, imò secundum triennium finitum denuo rem apud conductorem, relinquere velit.

**14** Certum est 3. ut alienatio rei Ecclesiastica alienari prohibita valeat, duo copulativè requiri, videlicet *causam & solemnitatem.* Causa est triplex: necessitatis, utilitatis, & pietatis. Necessitatis quando Ecclesiam urgent debita & c. *Utilitatis* quando per alienationem major fructus procurari potest *Clem. 1. de Reb. Eccles. Pietatis* si captivi redimendi, si pauperes alimentandi si templa vel Cæmeteria edificanda sint *c. aurum 12. q. 2.*

Solemnitas consistit in tractatu habito cum Capitulo seu conventu collegialiter congregato ejusdem vel saltem majoris partis consensu unâ cum consensu Superioris. Notanter dico, Capitulares debere esse collegialiter congregatos, ut alter alterius rationes audire possit, absentes tamen remota non esse necessitad ad istum actum vocandos communitè apud DD. receptum est, dummodo saltem duæ tertie capitularium (v. g. ex 20. 20.) in loco præsentès sint. *Panorm. in c. 1. de his, qua fiunt à majori parte Capit. n. 16.* qua in re consuetudo locorum præcipue attendenda erit.

**15** Potest licet olim Superioris nomine venient proximus superior, ut in alienatione ab Abbate facienda Episcopus & *Abbatibus 12. q. 2. Clem. 1. h. t.* imò in alienatione Episcoporum solus consensus Capituli requisitus fuerit *c. sine exceptione d. 9. 2.* hodie tamen de puncto Juris loquendo satis certum videtur, quod in omnibus alienationibus consensus S. Pontificis requiratur *c. 2. h. t. in 6. c. d. Extrav. ambitiosa.* quæ *Extravagans* expressè tenet statuit alienantibus bona Ecclesiarum, Monasteriorum, priorumque locorum quorumlibet inconsulto Romano Pontifice, ut etiam observat Hen. Zocci *De R. h. Eccl. n. 12.* Dico de puncto Juris hæc scilicet haberi, aut tamen

de consuetudine præsertim in Germania & locis remous unde difficilis aditus ad Papam est *d. Extrav. receptam* non esse saltem quo ad hoc ut etiam inferiores Prælati Episcopis subiecti teneantur in alienationibus consensus Papæ & non Episcopi requirere, attestatur Zypæus in *analyssi Pontifici d. 1. n. 2.* & quod *d. Extravagans* alicubi quo ad aliqua tantum recepta sit, patet refert Navar. in *manuali e. 27. n. 150.* cum Sylv. Cajetan. & aliis.

Dubitatur autem utrùm, requirantur solemnitates Juris, si alienatio fiat ab una Ecclesia alteri Ecclesie: Affirmat Barb. in *Collectan. DD. ad c. 1. de Reb. Eccl. per tex in eod. c. 1. h. t.* atque hæc esse praxin Curie Romanæ testatur Ricc. in *prax. aur. p. 1. resol. 35.* Verùm de puncto Juris & extra Italiam (ubi praxis Curie Romanæ non ita attenditur, nisi & hic consuetudine aliud receptura sit) videtur non improbabilis sententia negativa, ut fatetur Ricc. *d. resol. 35.* hoc saltem sensu, ut si evidens causa utilitatis vel necessitatis subistat, superioris licentia non requiritur, eò quod finis prohibitionis de non alienandis rebus Ecclesie sit in consulendo indemnitati Ecclesie universalis, non verò Ecclesiarum particularium, idque plurimum confirmatur *ex c. 2. de Reb. Eccl. in 6. c. Extravag. eod. tit.* ubi dum ad alienationem consensus Pontificis requiritur, principaliter agitur de alienatione, quæ fit Laicis & sæcularibus hominibus, ne res Deo dicata ad profanos usus applicentur, Imò in *d. e. 1. de Reb. Eccl.* agitur de alienatione Abbatis facta alteri Ecclesie, & tamen ibi nihil expressè de consensu superioris, sed tantum de consensu ambarum partium dicitur: quod verò Ecclesia ex contractu laica etiam contra aliam Ecclesiam in integrum restitatur superius Priv. §. 1. n. 2. diximus.

**17** Certum est 6. quod si alienatio rei Ecclesiastica contra formam Juris attentata sit, tunc contractus non valeat & res alienata non tantum per Successorem Prælatum vel Capitulum sed etiam per ipsum alienantem revocari possit *c. 2. c. 6. d. t.* quamvis enim nemini regulariter contra factum proprium venire concedatur, *L. cum à matre C. de Rei vind.* fallit tamen si factum sit ipso jure nullum, vel si non tam ex persona propria, quam ex parte Ecclesie per malam alienationem damnificata proprium factum impugnetur, *Zocci de Reb. Eccl. non alien. n. 4.*

Præterea verò *ex sepe d. Extrav. ambitiosa. alie. nans, 18*

nans, & in quem facta est alienatio penam excommunicationis incurrit, & beneficium, cuius res alienatae sunt, ipso iure vacabit, hoc, si infestioris conditionis beneficiatus alienans fuerit; si autem Episcopus vel Abbas aliquid male alienaverit, est ipsi ingressus in Ecclesiam interdictus, sicut in *c. Extrav.* habetur. Monet tamen Navar. *d. l. c. Consl.* 1. *de Reb. Eccles. non alien.* istas penas ipso iure incurtendas non ubique receptas esse, & ubi etiam receptae sunt, tantum habere locum circa alienationem cum effectu sumptam si nimirum res Ecclesiastica de facto emptori tradita sit.

Dubatur I. utrum recipiens rem Ecclesiasticam sine solennitatibus alienatam teneatur eam restituere in conscientiae foro antequam per ordinarium iudicium fori externi repetatur? Si res ita male alienata sit, ut nec iusta causa, nec solennitas intervenit, utique recipiens eam cum damno & injuria Ecclesiae retinere in conscientia non potest *c. si quis 6. d. 1.* at verò si quidem consensus Superioris aut Capituli non intervenit, sufficit tamen iusta causa, tunc quidam DD. à restitutione ante sententiam Iudicis excusant, cum enim tali casu nulla sit commissa iniquitas & ad sint ea, quae de Jure naturali ad valorem contractus requiruntur non videtur, a jure obligatio restituendi in foro interno injuncta esse, antequam contractus in foro externo rescindatur, Ricc. *d. p. 1. Ref. 7. n. 4.* Laym. *in tract. de legib. c. 16. in fin.*

Dubatur II. an si emptori Ecclesiasticae sine solennitatibus alienatae velit eam ulterio restituere Ecclesiae, teneatur acceptare Ecclesia si male contractum per adhibitionem solennitatum confirmare? Non posse contractum ex post facto confirmari sine utriusque partis nova voluntate tradit Zoëf. *d. l. n. 23. arg. §. Tutor autem. Inst. de Auth. Tutor.* ex quo ordinariam regulam colligunt Interpretes, quod ea, quae sunt de solennitate actus, non possint ad convalidandum actum ex post facto intervenire. Sed communiter receptum est, quod contractus ab Ecclesia sine solennitate factus sit nullus tantum in favorem Ecclesiae, si nimirum ipsa velit contractum impugnare, quemadmodum si pupillus sine Tutoris auctoritate cum alio contrahat, hic quidem obligatur non autem pupillus *prin. Inst. de Auctor. Tutor.* Uode si Ecclesia male contractum confirmari per adhibitionem superioris (ut quia

est in utilitatem Ecclesiae, vel res interea casu quo deteriorata est.) hoc videtur omnino permittendum, prout textus est clarus cum Gloss. *in c. si quis de rebus 12. q. 1. & text. *in c. diversis. de Cler. Conjug. in 6.** Notum quoque est, ratihabitionem tutoris & maiori aequiparati *c. 10. de R. L. in 6.* Nihil verò movere debet argumentum eductum, *ex d. §. Tutor autem.* ubi dicitur, quod auctoritas Tutoris in ipso contractu Pupilli, non post longum tempus intervenire debeat, nam respondeo argumentum à Pupillo ad Ecclesiam procedere in favorabilibus, quando circa Ecclesiam non habetur alius iuris dispositio, secus autem in his, quae Ecclesiae onerosa sunt, & ubi habetur alia in loco *Canon.* dispositio sicut in *d. c. si quis de rebus.* Deinde auctoritas Superioris Ecclesiastici circa alienationem rei Ecclesiasticae non tam comparatur auctoritati Tutoris, quam decreto Praetoris circa alienationem rei pupillaris, quod decretum ante de post factum intervenire potest, textus est *in d. tit. de Reb. Eccles. non alien. n. 1.*

Dubatur III. Utrum si res male alienatae repetatur ab emptore restituenda sit cum omnino omnino fructibus, siue emptor in bona, siue mala fide fuerit?

In primis satis conveniunt, quod emptor in vera mala fide existens (id est, si sciverit rem male alienatam esse) teneatur ad omnes fructus restituendos, non tantum ad eos qui ad hoc tempus sed etiam ad aeternitatem & praeteritum tempus, quos consumpsit *c. si quis. §. d. 1. L. certam C. de R. Vind.* quia male fidei possessor nullum omnino jus habet ad lucrandos fructus, ne ex suo delicto, quod commisit rem male alienatam recipiendo, lucrum reponet. Idem quoque de eo communiter receptum est, qui ex ignorantia per errorem iuris non putavit requiri solennitates ad rem Ecclesiasticam alienandam; nam error iuris inducit saltem fidam malam fidem, de hoc regulariter à poena excuset, tamen non potest ad acquisitionem & lucrum captandum; immo in illis casibus ubi lex resistit contractum licet alienationi sine solennitate factum *l. 7. §. si de Tutor. c. §. fact. ignor. Fach. lib. 5. contr. c. 10. §. 1. de Tutor. §. pen. de Reb. Eccles. non alien. n. 1. & in cap. qui eod. tit. n. 13. Cov. var. ref. l. 1. §. 1. in cap. qui eod. tit. n. 13. Cov. var. ref. l. 1. §. 1.*

Sed magna est difficultas quid dicendum si emptor fuerit in vera bona fide, non errore facti sed facti deceptus puta, quia fuit à Praetore alle-

ante persuasus solennitates debitas intervenisse, consentum superioris obventum esse? certi Juris est, quod bonæ fidei possessor fructus quidem exstantes, (deductis tamen necessariis impensis) una cum prædie restituere teneatur, *consumptos* autem lucretur pro *cultura* & *cura* quam in prædium impendit *L. certum C. de Rei vind. §. si quis à non domino Inst. de Rei. divis.* Attamen in emptore rei Ecclesiasticæ malè alienatæ quidam hoc voluit esse speciale, ut etiam æstimationem & pretium fructuum consumptorum restituere teneatur, tum quòd in *c. 2. de Reb. Eccles. in 6. Clem. 1. eod.* dicatur, *emptori nullum Jus acquiri*, ergo nec jus lucrandi fructus; tum etiam, quòd jus lucrandi fructus tantum detur *possessori*, emptor autem rei Ecclesiasticæ sit quidem ex supposito bonæ fidei, sed non *possessor*, cum Ecclesia quæ pupillo æquiparatur, in contractu non solenni nec jus possessionis perdere possit, *L. magis puto §. 1. ff. de Reb. eor. qui sub Tut. & L. pupillus 11. ff. de Acquir. rer. dom.* Sed, ut verum fatear, contraria sententia, quòd etiam in factò lucretur fructus ante *litem contestatam consumptos*, communior est, ut patet ex Panorm. & Barb. *cc. ll. & Riccio à p. r. fol. 12. n. 3.* pro eaque plurimum stringit *d. c. pen. de de Reb. Eccles. non ali. & urgentius text. in L. bona fidei. 48. vers. nec interest. ff. de Acquir. rer. dom. ubi ex re pupilli fructus bonæ fidei possessor lucrari dicitur.*

Dubitatur III. Utrum res Ecclesiastica possit 22 ab emptore præscribi si emptor in mala fide fuerit vel in errore Juris, non est magnum dubium quòd præscribere non possit, quia mala fidei possessor nullo usquam tempore præscribit *e. fin. de Præscript. & error juris non prodest ad præscribendum L. nunquam 31. ff. de V. j. cap.* At verò quid dicendum sit, si emptor fuerit in vera bona fide falso persuasus, consentum superioris & alias solennitates in alienatione intervenisse, non est satis exploratum: nam in *c. 2. de Reb. Eccles. in 6.* dicitur, quòd mala alienatio ne quidem causam præscriptionis patet. Et Paulus IV. Summus Pontifex absolute constituit, ut exceptio præscriptionis contra repetitionem rei malè alienatæ opponi non possit.

Verum communior est sententia cum Riccio in *prax. aur. p. 1. r. fol. 32.* præscriptionem ceteris paribus, videlicet bona fide & possessione per 40. annos continuata accedentibus, locum habere; licet enim res pupillares præscribi æqueant, res

tamen Ecclesiæ præscripibiles esse constat ex *10. Tit. Decret. de Præscript.* quod ipsum videtur confirmasse Pius IV. in sua Bulla qua incipit *Provida &c.* dum ibidem constitutionem Pauli IV. ad terminos Juris communis revocavit. Textum autem in *d. cap. 2. h. t. in 6.* interpretatur de emptore, qui in errore Juris fuit, credens solennitates ad alienationem non requiri Barb. in *Col. l. 1. DD. ad d. c. 2. n. 7.*

Duo tamen notabilia hic advertit Riccio *l. su. 23. præ cit.* quæ etiam nos superius Privil. 30. adduximus: I. quòd præscriptio non incipiat nisi post mortem, vel depositionem Prælati malè alienantis, quia enim talis Prælati non est facile revocaturus rem alienatam, ideo ipso vivente Ecclesia censetur carere legitimo defensore per text. in *cap. si Sacerdotes 16. quæst. 3. II.* quòd contra præscriptionem detur Ecclesiæ in integrum restitutio, saltem si intra quadriennium numerandum à die quo scivit præscriptionem completam, illam restitutionem petierit *c. 1. de In integ. rest. in 6. de qua restitutione supra actum est.*

Dubitatur V. Utrum solennitates ad alienationem requisitæ possint per consuetudinem aliquis loci abrogari? 34

Respondeo, quamvis solennitates alienationis à Sum. Pontificibus introductæ nec Juris naturalis, nec divini sint, sed positivi tantum, & ideo absolute loquendo per consuetudinem abrogari posse videantur, cum consuetudo habeat vim legis & deroget alijs legibus positivis prioribus *e. fin. de consuetudine L. diuturna ff. de LL. Interim tamen si per talem consuetudinem damnificarentur Ecclesiæ, non esset valida censenda juxta *c. 1. de consuetud.* Unde nulla consuetudine introduci potest, ut alienatio subsistat, quam Prælati faciunt sine evidenti causa, utilitatis, necessitatis aut pietatis. Item quia consuetudo debet esse rationalis *d. e. fin.* non esset autem rationalis, si contineret periculum damnificandi Ecclesias, ideo consuetudine introduci non potest, ut inferiores Clerici vel Parochi inrequisito Episcopo vel alio Superiore bona suorum beneficiorum, vel etiam superiores Prælati, non habito tractatu cum suis Capitulis, bona suarum Ecclesiarum alienare valeant. Sed illud consuetudine introduci potest, ut consentus Summi Pontificis in alienatione inferiorum Prælatorum non desideretur juxta *d. h. num. 15.* & Episcopi ac Abbates præsertim *Exempti*, qui Jurisdictionem quam Episcopaliam*



palem in suis Monasteriis habere censentur, in vulgaribus pradijs & rebus minoris prajudicii, prater suorum Capitulorum superioris consensum requirere non teneantur. Videatur Panorm. in c. nulli h. r. num. 6. Barbof. ad c. cum causa 8. de Sent. & re judic. n. 7.

- 25 Demum hic addi potest, quod Ecclesia revocans rem alienatam, siue per viam nullitatis, siue per viam restitutionis, teneatur emptori reddeere pretium, quod ab eo accepit, ne contra naturalem aequitatem cum aliena iactura locupletetur l. quod si minor. §. restitutio. ff. de Minor. l. si fundus. §. fin. ff. de Rebus eorum. l. utere. 14. C. de Prad. minor. Sed hoc, quatenus ex pretio Ecclesia locupletior facta est, idque in suam utilitatem convertit; at vero si pretium penes Prælatum alienantem casu petierit, aut male consumptum sit, Ecclesia ad refundendum aliud pretium non tenebitur, sicut ita circa minores (quorum jure Ecclesia utitur. c. 1. de In integr. rest.) revocantes res suas male alienatas aperte constitutum est in d. l. quod si minor. §. restitutio. l. patri §. item ex diverso ibi; juvenis autem consensus ex pretio reddere, quatenus ex ea pecunia factus est locupletior. ff. de Minor. l. pradiorum C. de pradijs min. ibi: pro a duntaxat parte te conveniri permittet, quam ex facultates tuas erogatam esse constituit. \* imò hoc ipsum, quod pretium in utilitatem Ecclesie convertitur sit, ab emptore probandum esse, communis est sententia apud Barb. in c. si quis 6. de Reb. Eccles. non alien. sub. n. o. eamque tenet Fachinus 2. Controv. c. 46. ubi tamen quosdam idifferentes allegat.

ADNOTATIO.

AD Num 9. Dum ibidem dico, Prælatum siue solennitate posse repudiare hereditatem ex persona alicujus Religiosi Monasterio obvenientem, declarandum puta, ut hoc non sit certum, sed ut ibidem dixi non improbabile, juxta sententiam Ricci j & rationem n. 9. citatam, quia non est alienatio juris in re, sed juris ad rem, adeoque potius non acquisitio arg. l. 6. ff. que in fraud. Cred. Deinde ut si hereditas majoris momenti & considerationis sit (in quo respectus ad Monasterium habendus, quia præsertim consuetudine accedente Prælatis in majoribus Monasterijs ampliore administrandi potestatem habent) observetur, quod in tit. de his, que sunt à Prælatis & e. traditur, Prælatos majora negotia cum con-

PRIVILEGIUM XXXIII  
Monasterium dissolvit Conjugium.

1. Matrimonium ratum dissolvitur per conjugium quoad vinculum, consummatum autem tantum quoad cohabitationem.
  2. Radditur ratio diversitatis & in qua significatio Sacramentalis Matrimonii rati & consummati.
  3. An Pontifex jusse concesserit hoc Privilegium?
  4. Per legem communem potest Prælati aliquam privare suo iure.
  5. Reprobatur opinio illorum qui putant, rationem bimestre tempus dari conjugati per Divortium.
  6. In Matrimonio saps aliqui cogunt tentare sine culpa sed non sine causa.
  7. Copula antecedens Matrimonium non optatur, ut Matrimonium dicatur ex eo consummatum?
  9. Professio sine licentia alterius Conjugis per Matrimonium consummatum facta non valet ut solennis, valet tamen ut votum simplex casuatis.
  10. Nec contrahit Professo sine novo conjugio licet alter conjugis rati fuerit, vel non rati fuerit.
  11. Propter adulterium unius potest alter ad Religionem transire.
  12. An si Professo non valet nisi in consensu simplicis possit Profetus liberè exire, aliam non revocatus?
  13. Quid, si conjugis dant licentiam ex possib. noli ipse quoque ingredi?
  14. Per assumptionem Ordinem Clericalium non dissolvitur Matrimonium.
- Non tantum homines Catholice, sed etiam Conjugati ad Religionem transire possunt, & per istum ingressum Matrimonium prius contractum dissolvitur, adhibita tamen dissolutione inter Matrimonium ratum & consummatum, nam si Matrimonium quidem ratum & in facta pulam carnalem consummatum sit, datur hic novis Conjugibus duo menses ad deliberandum an Matrimonium consummate vel Religione

ENGEL

ingredi velint. Quod si alter ex Conjugibus ingressus fuerit, Matrimonium ratum etiam quo ad vinculum dissolvitur, & alter in sacculo remanens aliud Matrimonium inire poterit, sed tunc primum ubi ingrediens professionem fecerit c. 2. & 7. de *Convers. Conjug.* Hostiens. eod. tit. n. 11.

Matrimonium autem consummatum quamvis quoad vinculum dissolvi non possit, si tamen alter Coniux cum expressa licentia alterius post consummatum Matrimonium ingredi, & alter etiam sequi vel saltem (si propter senium aut valetudinem de incontinentia suspectus non sit) voto simplicis castitatis se obligare velit, Matrimonium quoad *mutuam cohabitationem* sicut per divortium solvitur c. 4. & seq. c. *uxoratus* s. c. ad *Apostolicam* 13 de *Convers. Conjug.*

2 Sed quare potius vinculum Matrimonij rati per ingressum in religionem dissolvitur, quam vinculum Matrimonij consummati? Rationem assignat Hostiens. d. 2. n. 7. quod illa *coniunctio animarum*, quae fit per Matrimonium ratum, tametsi verum sit Sacramentum, & perfectum Matrimonium, tamen solum significet *Coniunctionem Christi cum anima fidei per gratiam*, quae coniunctio non est immutabilis, quia & in melius mutari sive intendi, & etiam per peccatum omnino tolli potest. At vero *coniunctio corporum* & Matrimonium consummatum significat *coniunctionem Christi cum Ecclesia* (juxta illud Apostoli ad *Ephes. 5. e. Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo & in Ecclesia*) quae coniunctio omnino indissolubilis est.

3 Quare autem Iuomodo Summus Pontifex potuerit in Matrimonio rato dare licentiam ingrediendi Religionem etiam altero Coniuge invito, & sic alterum iure ex Matrimonio quæsito privare?

¶ Cum Matrimonium ratum ex sua natura non sit indissolubile, ideo recte potest Papa iusta aliquâ ex causâ ejus obligationem & vinculum tollere, vel per dispensationem vel per procuracionem majoris boni & concessionem ingressus in Religionem. Nec obstat, quod alter Coniux privetur iure suo ex contractu Matrimonij quæsito; nam ex iusta causa potest Princeps aliquem iure suo privare, maxime si id faciat per legem publicam & communem: quemadmodum factum videmus in lege *prescriptionis*, per quam ei qui pariter longo tempore per suam

ab alio possideri, auferretur dominium, & transferretur in possidentem, ne dominia rerum sint incerta & ut lites tandem finiantur. Neque propterea tales leges magnum gravamen habent, quia sunt communes omnibus, & sicut possunt obesse in uno casu, ita possunt prodesse in altero. Ex. g. hoc anno prescribitur contra me altero fortassis ego praescribam contra alium, in hoc matrimonio uxor invito marito ingreditur Religionem, in altero invita uxore maritus &c. Deinde quia jura per legem generalem constituta sunt, ut religionem autem consummationem ingredi liceat, ideo obligatio Matrimonij non est omni ex parte putata & absoluta, sed habet tacitam conditionem, obligo me, nisi intra bimestre placuerit religionem ingredi. Textus denique qui ex Scriptura possent in contrarium adduci, ut quod non liceat dimittere uxorem exceptâ causâ fornicationis. Item qui *quasi Deus conjuncti homo non separet*, de matrimonio consummato intelligantur c. 7. de *Convers. Conjug.*

5 Quare II. An si unus ex Conjugibus ad religionem transeat, alter debeat per integrum annum expectare usque dum ingrediens Professionem faciat: Non desunt qui putent, personis conjugatis tantum *bimestre tempus* esse assignatum, intra quod Novitiatum agere, & post illud expletum vel professionem facere vel ad conjugium redire debeant, per textum in d. c. 7. d. 2. quem ajunt etiam hodie per Concil. Trid. non esse correctum propter specialem rationem, quae in conjugibus militat, ne scilicet conjux in sacculo expectans propter longiorem moram periculo incontinentiae exponatur Zocf. d. 2. n. 71. Verum cum generaliter omnibus de jure antiquo annus probationis sit concessus, c. ad *Apostolicam* 16. de *Regul.* eumque Trid. Conc. in quacunque Religione tanquam omnino necessarium sine distinctione requirit, circa conjugatos autem appetit & in claris terminis contrarium non statuitur, ideo probabilis est etiam conjugatum ingrediendum Monasterium annum Novitiatum explere, & alterum Conjugem interim expectare debere, ita docet Sanch. de *Matr. l. 2. d. 24. n. 4.* quod vero in d. c. 7. d. 1. dicitur, Conjugem debere intra duos menses ad Monasterium transire vel ad conjugem redire, accipiendum est de tempore de liberatorio, non de tempore Novitiatum, & in casu illius Capituli, ubi mulier à marito adhuc in sacculo se separavit.

6 Demum circa id quod obijcitur de periculo incontinentiæ, si alter conjux tam diu expectare debeat, Respondeti potest per verba Pontificis in e quoniam, *vers. si autem de carnali ut lra non conest.* quod in matrimonio multi casus emergant, in quibus Conjuges sine culpa, sed non sine causa continere coguntur; ut si alter ex morbo vel maleficio impotens reddatur, si lis super aliquo impedimento Matrimonij instituat.

7 Queritur III. An Copula ante Matrimonium habita cum ea, quam quis uxorem duxit, facit, quo minus liceat religionem ingredi? Ratio dubitandi est, quod ex multorum sententia copula ante Matrimonium habita fictione Juris censetur in ipso Matrimonio contigisse: unde sic quod liberi ante nati vel concepti per subsequens Matrimonium legitimeantur *juxta c. 2. & 6. Qui filij sint leg.* Nihilominus tenendum est, talem copulam non impedire liberum ingressum ad Religionem, cum extra Matrimonium facta & merè fornicaria non faciat Matrimonium consummatum, nec significet conjunctionem Christi cum Ecclesia. Ad rationem dubitandi dicitur, illam fictionem Juris tantum locum habere circa legitimationem liberorum, non autem generaliter, & eo casu, quo de consummatione Matrimonij & significatione Sacramentali inquiritur, ubi proinde non ex fictione Juris, sed veritate proceditur.

8 Queritur IV. An copula vi aut metu ab uxore extorta impediat religionis ingressum? Negativè respondet Sanch. *d. l. 2. disp. 22. n. 6.* quia per violentiam Mariti uxor jure suo privari non debuit, nec Maritus ex suo delicto debet commodum reportare, ut hoc modo uxorem in Matrimonio retinere possit. Idem docet gloss. *in c. fm. in V. in virum disp. 35.* Verùm contrarium probabilius est, quia talis copula vera facit virum & mulierem unam carnem & Matrimonium consummatum, ut fatetur ipse Sanch. *d. l. 2. n. 4.* consequenter inducit sacramentalem significationem matrimonij consummati scilicet conjunctionem Christi & vinculum indissolubile. Rationibus adversariorum breviter responderi potest, uxorem quidem privari suo jure sine culpa, non autem sine causa, & maritum reportare commodum ex delicto non per se & directè, quatenus ex delicto, sed potius indirectè & occa-

sione delicti, per se autem ista indissolubilitas provenit ex consummatione Matrimonij & consummatum.

Queritur V. quid Juris, si post consummatum Matrimonium Conjux igitur vel invito altero Conjuge religionem ingrediatur, illique professionem faciat? Respondet talis professionem non valere, & ideo profitemi liberè ab altera parte revocari posse. Quamvis autem revocatus mortuè Conjuge non tractetur ad Monasterium redire, cum Professio non valuerit, quia tamen in Professione vocem castitatis emitendo hoc ipso promittit nunquam exigere debitum conjugale, quod cum in ipsa fuerit potestate, ideo quo ad hoc vocem tenet, non quidem tanquam *solenne*, sed tanquam *simplex*, ac propterea non tantum constanti matrimonio sine dispensatione debitum exigit, sed nec eo dissoluto aliud saltem licet contrahere poterit. *c. 3. & c. placet. ubi DD. de Canon. Conjug.*

Potest Professio unius Conjugis sine licentia alterius Conjugis facta per ratiocinationem vel mortem illius Conjugis in seculo relictis ex probabiliori sententia non convalescit, nisi per novum consensum tacitum vel expressum revoceatur *juxta regulam 18. l. in 6. Quod ab initio non valet tractu temporis convalescere non potest*, licet quia prior consensus in religionem sine licentia uxoris fuit invalidus, ergo novus omnino consensus requiritur. Sunt quidem qui putent, talem Professionem valere sub conditione, si conjux consenserit vel mortuus fuerit sed id potius divinatorium est, cum nullo expresso revoceatur, & contra autem in *2. 3. d. 1. absolute de Mon. lib. 7. disp. 34. n. 16.* videtur quoque in contrarium facere, *cap. consultat. d. 1. ubi respondetur* Pontifex quod vir professus mortuè uxore nec ad seculum redire, nec Matrimonium validè contrahere possit, Sed hic Textus non loquitur aperte de nostro casu quo maritus invita uxore religionem ingressus est, imò non obicitur ex verbis ibi positus colligitur, ipsam quoque uxorem ad domum regularem transivisse, & consequenter ante Professionem licentiam tacitam vel expressam dedisse.

Uterius etiam illud notatu dignum, quod adulterium unius conjugis sicut causa pro-

ritum divortium ita etiam faciat ut Conjux innocens irrequisito Coniuge adultero religionem ingredi, in eaque valide proficere possit, Navar. *de Convers. Conjug. Conf. 7.* non tamen convalescet Professio ab initio inutiliter & sine consensu Coniugis facta, licet Conjux in saeculo ex postfacto adulterium commiserit, per ea quae statim ante diximus.

- 12 Quæritur VI. An eo casu quo Professio Coniugis non valuit nisi in vim voti simplicis possit is propria auctoritate ex Monasterio exire, quamvis ab altero Coniuge non petatur?

Pro affirmativa quam tenet Sanch. *d. disp. 34. n. 13.* facit, quod Professio invalida non sit causa, cur aliquis in Monasterio retineatur, *arg. e. accidens. 3. d. 1. C. de c. 2. causa 33. q. 3.* ubi invalidè professus proprio motu exiens non propterea reprehenditur. Contra pro negativa quam docet Gloss. & Panor. *in c. Placet 12. d. 2.* fortiter stringit textus *in eod. cap. placet.* in illis verbis: redire autem ad saeculum non erat in eius potestate; cui accedit ratio, quod talis Professio saltem valeat ut votum simplex castitatis propter quod tenetur vivere, quantum in se est vitare omne carnale commercium uxoris.

In hac difficili quaestione ego in primis dico Monasterium posse expellere talem nulliter professum postquam eius nullitatem cognovit: quia obligatio Monasterii ad retinendum Religiosum tantum provenit ex Professione, ergo ubi nulla est Professio nulla quoque est obligatio ad retinendum: prout id ipsum docet Sanch. *d. loc. sub. n. 16.* Quod verò attinet ad personam ipsius professi, puto distinguendum, an præter nullitatem Professionis aliam iustam causam regrediendi habeat: v. g. infirmitatem, debilitatem ad sufferendum rigorem, gravè cum aliis dissidium &c. vel an nullam talem causam allegare possit: priori casu amplector sententiam Sanchezij, posteriori verò Gloss. & Panor. *in c. loc.*

- 13 Quæritur VII. quid statuendum sit, si Coniux Coniugi expressam licentiam ingrediendi religionem dederit, ipse verò in saeculo remansens & suspectus de incontinentia nolit ad religionem transire? Communis est distinctio, an maritus dederit licentiam uxori ingrediendi religionem, vel an e contra uxor marito: priori casu consent maritum ad ingressum in religio-

nem etiam per censuras cogi posse: quia hoc ipso se ad ingressum in religionem obligasse intelligitur, quod Coniugi licentiam ingrediendi dederit, quam tamen se dare non posse scivit, aut scire debuit, nisi etiam ipse ingrederetur. Altero autem casu si uxor, quæ dedit licentiam marito alleget, se ignorasse hanc obligationem, aliàs se non daturam fuisse licentiam, cum sibi nunquam animus fuerit ad religionem, & dicat, mulierem excusari, si ignorantia juris laboret. *L. cum de indobito 25. §. 1. ff. de Prob.* putant, eatenus audiendam, ut si periculum incontinentiæ sit, nec persuaderi ad religionem possit, valeat Episcopus ex officio Maritum etiam professum ex Monasterio evocare & uxori restituere, qui tamen Maritus post mortem uxoris ad Monasterium redire reatur, cum habitâ licentiâ uxoris validam fecerit Professionem. Atque ita intelligunt Textum *in c. 1. d. 2. De Convers. Conjug.* Gloss. & Panor. *in d. c. 2. C. 2. ex parte 9. eod.*

Verum prior huius distinctionis pars videtur nimis dura, contra libertatem Professionis & non possit non timere pessimi effectus & turbatio religionis, si maritus contra omnem suam voluntatem ad Religionem cogatur. Ipsum quoque *c. 1. d. 1.* sine data distinctione loquitur, & absolute concedit, ut Coniugi nolenti ingredi Religionem Coniux professus restituatur: sicut etiam advertit Zoës. *h. 2. n. 14.* quare ego potius credo incumbere Monasterio, ne Coniugem Novitium ad Professionem admittat, antequam etiam altera pars religionem ingrediat, & spes certa sit de eius Professione. Quod si de facto admisit, & alter religionem ingredi renitatur valde videtur probabile, Coniugem professum in saeculo existentem & de incontinentia suspecto indistinctè restitui posse.

Quæritur postremò, utrum solvatur Matrimonium, si Maritus efficiatur Clericus *secularis* & suscipiat sacros Ordines? Respondeo per suspensionem factorum ordinum in seculari Clericatu nec Matrimonium ratum, nec consummarum dissolvi nisi uxor ultro religionem ingredi vellet. Quia hoc Privilegium dissolvendi Matrimonium tantum religioni concessum est, quod ibidem Coniux professus quasi mundo mortuus consecratur, *Extrav. antiqua Ioann. 22. de voto.* Ordines tamen valide suscipiuntur, &

vorum solenne castitatis annexum habent, quod quidem uxori in petitione debui non præjudicat, (cum jure suo sine culpa privari non debuerit) sed Marito, & ita, ut post mortem uxoris nec licite nec valide propter votum solenne aliud Matrimonium contrahere possit, sed debeat statum Clericalem reassumere vel Monasterium ingredi Sanchez. *lib. 7. disp. 38. n. 23.*

## ADNOTATIO.

AD Num. 9. Objicies, qui voluit votere castitatem in Religione, non hoc ipso voluit etiam in saeculo, proinde habebit hic locum Regula, quod potuit non voluit, &c. Resp. hoc argumentum posse aliquando obtinere in conscientia, si votens talem limitatam intentionem posuerit, interim ex *d. c. placet 11. de convers. Conjug.* præsumi, quod voluerit se eo modo obligare quo potuit, juxta illud: si actus non valet ut ago, valeat omni meliori modo, quo valere potest, §. *fm.* & ibi DD. de *Adopt.* Instas, quare non etiam alia vota scilicet obedientie & paupertatis professione annullata valent in vim voti simplicis? Resp. quod hæc habeant majorem dependentiam & connexitatem cum Monasterio, ut nemo rationabiliter præsumi possit, ad ea se voluisse extra Monasterium obligare. Si in præxi hic casus eveniret suadetem dispensationem petendam, quam contracto Matrimonio in ordine ad petendum debitum eo durante dari posse ab Episcopo plurimum est sententia, cum Nav. in *Man. c. 16. n. 30.*

AD Num. 11. Dices, debitor etiam non requisitus potest debitum restituere creditori, sed maritus in suo corpore est debitor uxoris juxta illud: *vir possessorem sui corporis non habet, sed mulier.* &c. ergo, &c. Resp. Majorem esse veram nisi debitor per talem solutionem non petente creditore faciendam exponat se peccandi periculo.

AD Num. 13. Dices, qui seis se obligari ex eo, quod facit, tacite vult obligari, qui tacite vult obligari tenetur ac si expresse promississet, sicut ex eo capite Clericus obligatur ad votum castitatis SS. Ordinibus annexum, ergo, &c. Resp. Majorem procedere ex præsumptione non ex veritate, & ideo non esse obligationem in conscientia, nisi veritas subsistat, prout etiam Clericus qui non habet intentionem se obligandi ad

castitatem, non tenetur ex voto sed ex præcepto Ecclesie abstinere à matrimonio. Quod cum illa præsumptio etiam in foro externo non habeat iurum & de jure & neque ex præcepto Ecclesie teneatur conjux invitus ad ingrellum, plurimum verum actualem consensum polliciti, cum colligitur ex *c. 1. de convers. Conjug.* & in dubio non est facile obligatio inducenda, ut innotetur libertas professionis, quam præsentem Conc. Trid. variis locis *sess. 25. de Regul.* voluit integram esse, & ex coacta professione sancta in Monasterio oriantur.

PRIVILEGIUM. XXXIV.  
Per Professionem in Monasterio tolluntur omnia vota præcedentia.

1. Ratio Privilegii & exceptio ab eo.
2. Vota post Professionem emissã postea abinveniri.

Hoc egregium nec longè à priori dictione Monasteriorum Privilegium tradidit DD. communiter ex *c. Scriptura 4. de Voto. de qua ceteris Sanch. in præcept. Decal. 100. 2. lib. 6. c. n. 36.* & ex eo Barb. in *ord. c. 1. n. 1. Ratio est, quod cum omnia vota Dec. promissa sint opera particularia, continetur in consecratione ipsa Religionis Professione, per quam se & omnia sua dedicat proficiens divino obsequio mortuus priori vitæ, & nihil nec propriam voluntatem sibi reservans. Excipit tamen Sanchez. *d. 1. n. 45. & 47.* vota realia v. g. dandi elemosinas, &c. si jam parti inimitata, atque tunc per acceptationem ei Jus quæ situm foret. Item illa vota realia quæ à deinceps emissã hæret, postea tenentur.*

Potest post Professionem Religiosus aliter quodcumque votum votere non potest, nisi sub tacita conditione si Abbas toleraverit, unde Abbati competit potestas vota suorum Religiosorum directe irritandi, *1. causa 20. q. 2. Interim quoad licentiam, seu consensum Abbatis petendum distinguendum est, an Religiosus votum fecerit in actione sibi licita & concessa, v. g. certas orationes privatim discendi, &c. vel*

ENGEL

an in actione quidem bona; Religioso tamen certa ex causa prohibita v. g. peregriandi extra Monasterium, &c. priori casu Religiosus non tenebitur petere licentiam Prælati, sed de facto obligabit votum, usque dum ab Abbate aliunde resciente vel per generalem prohibitionem in capitulo irriteretur; altero autem casu obligabitur ad petendam licentiam, quia saltem tenetur ex voto facere quantum in se est. Vid. *Less. de Voto dnb. 10. ubi n. 70.* ait, Superiorem saltem venialiter peccare, si absque rationabili causa irriter votum sui subditi, quod ab utratque sua potestate impediendo promptitudinem ejus ad exhibendum Deo cultum per votum.

PRIVILEGIUM XXXV.

Monasteria gaudent omnibus Privilegijs piarum causarum.

Monasteria esse *pia causas*, quia ad Religionem ad specialem cultum divinum, ad vitam sanctam instituta, per se clarum est, & omnes ubique id asserere testatur Tiraq. *de priv. pia causa. in presat. V. primum igitur.*

Plurima autem Privilegia *piarum causarum* enumerant DD. quorum s. 4. ponit Barb. *I. Ecc. V. lib. 2. c. 13.* & Tiraq. in d. tract. 167. recenset, ex quibus præter hæc tenus dicta aliqua adhuc magis notabilia referemus.

PRIVILEGIUM XXXVI.

Monasteria participant Privilegia fisci, libertatis, militum, alimentorum, dotis, minorennium, & Reipublici modo casus sit applicabilis, & in jure contrarium non sit dispositum.

1. *Redditur ratio extensionis circa singulas istas causas favorabiles.*
2. *Responditur objectioni, quod Privilegia extendenda non sunt.*

Ita præter Eberhardum in *Top. in loco à s. fco ad Ecclesiam, à dote ad Ecclesiam, à militibus ad*

*Ecclesiam, & similibus*, tradit Laurent. de Franch. *de Controv. Reg. p. 2. q. 96.* & ibidem Pasqual. *in addit. Tiraq. in varijs Privilegijs piarum causarum.* Ratio addi potest de singulis.

Si enim *fiscus* propterea est privilegiatus, quia est causa Principis, multò magis idem erit in Ecclesia, cuius causa est Dei, *text. in Titid. Sess. 25. de Refor. c. 1. ibi res Ecclesiasticas que Dei sunt &c. & in eadem Sess. 25. c. 20. ibi: que Ecclesiastici iuris sunt tanquam Dei præcipua, ejusque patrocinio secta, &c.* Si libertas favorabilis quia eximit à servitute, reddit hominem naturæ, quæ omnes liberos genuit, non minus favorabilis erit Religio, quæ non tantum liberat ex potestate dominica, sed etiam ex captivitate perpetua Diaboli, & facit ut teste Apostolo, *in Christo omnes liberi sumus.*

Si *Militia* favore digna est, quia corporalibus armis tuetur Patriam, tantò magis erit Religio, quæ contra inimicos visibiles & invisibiles armis pugnat spiritualibus, quæ unque temporalibus longè validiora sunt, ut exemplo Moysis docemur, quo orante extensis manibus in monte Horeb, vincebat Populus Israeliticus, eo autem remittente vincebatur, *Exod. 17.* huc quoque refert potest, quod eleganter dicit Laurentius Just. *in opus. de Monast. Conversi quid aliud, inquit, esse dicimus Religiosorum Monasteria, quàm Deo famulantium loca, quàm stadia militaria atque spiritualia castra pugnantium, &c.*

Si *Alimenta* magnum in Jure favorem habent, quia ad sustentationem corporis necessaria, sane Ecclesia & Religio, quæ conservat animam tantò id sibi magis vindicabit, quantò anima corpori est præstantior juxta illud Christi *Matth. 6. v. 25. nonne anima plus est quàm esca.*

Si *Mulierum pupillarum & Minorennium* bona singulariter Jura protegent, quia alienæ curæ commissa multorum sunt captivibus obnoxia, meritò etiam bona Ecclesiæ à legibus protegenda sunt, quia à diversis Officialibus administrantur & multorum invidiæ ac insidiis sunt exposita.

Si deniq; *Reipublicæ* favendum, quia nimirum Res publica aut publica res est, commune bonum concernens, quis audeat Ecclesiæ negare ex ejus precibus & divinis Officialibus doctrina & instructione commuæ fidelium bonum pro-

curatur, Et religiones continere formam perfectissimæ Reipublicæ probat Platus de Bono finitibus Relig. lib. 2. c. 35.

2 Nihil autem movere debet quod aliqui in contrarium opponunt, videlicet Privilegia esse strictè interpretanda nec ad alios casus extendenda c. quod alicui 74. de R. I. in 6. L. quod verò 24. ff. de LL. Nam 22. id debere intelligi de Privilegio concessio per particulare referendum, non autem per legem communem, nam tunc sicut alias Lex communis extendi potest ad casus alios quam expressos, si sit eadem ratio & utilitatis causa L. non possunt 12. cum seq. ff. de LL. Ita etiam Privilegia per legem communem concessa; præsertim quando satis constat de mente legis, quod velit illas causas ad quas sit extensio omni favore prosequi, & jam ipsa lex tales extensiones fecerit sicut in c. 2. c. e. auditis, de in int. res. Jus minoris extenditur ad Ecclesiam, & in L. ut inter C. de SS. Eccl. Ecclesia cum civitate comparatur, imò eidem præponitur, Licet verò in omnibus præcedentibus casibus talis extensio ab ipsa lege facta non reperitur, habebit tamen locum quod dicit I. C. in l. nam ut ait 13. ff. de LL. quoties aliquid lege introductum est, bona occasio est cetera que tendunt ad eandem utilitatem, vel interpretatione, vel certè Iurisdictione supplere.

### PRIVILEGIUM XXXVII.

Legata Monasterijs relicta habent Privilegia, quæ generaliter in jure pijs causis dantur.

1. Referuntur aliquos Privilegia legatorum ad pijs causas.
2. Legata pia solvenda sunt intra annum mediū c. ibi poena.
3. Arbitrio Episcopi potest restringi terminus.
4. Quis sit executor legatorum piorum?
5. Pia voluntates defunctorum an possint commutari.
6. Excessivus Missarum numerus per defunctos impositus potest restringi.

Hæc Privilegia videri poterunt apud Tiraq. v. pia causa ex quibus aliqua notabilia referemus, Ita Priv. 33. c. 34. docet, quod etiam hereditate non adita peti possint legata ad pijs

causas actione personali & hypothecaria. Ita Priv. 35. quod ex duobus Testamentis in casu bio id præsumatur postenus, in quo legatum est ad pijs causas, Item Priv. 41. quod in ratio rei legata ad pijs causas non inducit revocationem. Item Priv. 46. quod legatum in aliena etiam ignoranter à Testatore factum pijs causis valeat, sicut valeret relictum personæ conjunctæ L. cum alienam C. de Legat. est enim Deus Pater nollet & Ecclesia Mater coheres, c. qui abstulerit. 6. 12. q. 2. c. si quis in testamento causa 13. q. 2.

Præterea quamvis legata profana ante annum heres exolvere non teneatur, ad legatam pijs præstanda (nisi opus aliquod factum sit v. g. ædificium, legatum sit, pro quo inchoando annus datur c. 3. de Testam. intra mediū annum obligatur. Nov. 131. quod si heres solutionem legatorum piorum ultra terminum peris eo usque distulerit, donec in iudicium vocetur, duplum solvere tenebitur; v. autem, l. de ad.

Poterit quoque Episcopus ex rationabili causa terminum anni mediij restringere, & executores citius ad implendam voluntatem defuncti compellere, nam in legatorum præstatione nihil est obviandum, quod Testator scilicet voluit L. cum res 47. in pr. ff. de Legat. pijs autem verisimile est, hanc fuisse mentem Testatoris & desiderium, ut legata præstentur ad pijs causas, quæ pro anima sua reliquit, quam citius mē exolverentur, facit tex. in d. l. 47. ubi dicitur, quod si heres copiam rei legata habeat, non debeat in illius præstatione motam facere. Bala de Off. Ep. c. per alleg. 32. n. 14.

Executio legatorum & reliquorum ad pijs causas in primis pertinet ad heredem Testamenti vel ad eum, cui Testator talem executionem commisit; quod si Testator nullum heredem vel executores nominavit, sed generaliter bona jussit dari pauperibus vel Ecclesie, vel executores deputari sint negligentes & alienis bis moniti ab Episcopo executionem præstare ferint, tunc executor talis Testamenti est Episcopus, ita enim in Trid. s. 12. c. 8. Episcopus dicitur executor omnium piarum voluntatum & idem probatur in c. 3. c. si heredes 7. tunc notat 27. de Testam.

Potest notandum est, quod ea que legata

gitione fidelium ad certum usum pium destinata sunt, ad illum & non alium (salvâ Sedis Apostolicæ autoritate) debeant coartari ut dicitur in *Clem. 2. de Reliq. Dom.* adeoque de Jure communitarium S. Pontifici, & non nisi ex rationabili causa concessum est, pias defunctorum voluntates commutare. Attamen hodie ex Concil. Trid. s. 22. c. 6. etiam Episcopi, tanquam *Sed. Apost. Delegati*, tales commutationes ex justa & rationabili causa facere possunt quas justas commutationis causas enumerat Barb. de *Offic. Ep. alleg. 83. d. 17. 7.*

6 Sed nec istud est prætereundum, quod si tantus sit Missarum numerus ex relictis Defunctorum alicui Ecclesiæ impositus, ut illis nequeat satisfieri, vel propter tenuitatem fundationis, non facile invenietur, qui velit se tali oneri legendi Missas subijcere, possit etiam Episcopus in Synodo Diocesana, item etiam Abbatibus & Generales Ordinum in Capitulis suis generalibus tales Missas ad minorem numerum reducere, ita tamen, ut eorum semper defunctorum commemoratio fiat, qui pro sua anima aliquid Ecclesiæ legarunt. Trid. s. 25. de *Reform. cap. 4.*

PRIVILEGIUM XXXVIII.

Mandatum factum in fovorem Monasterii non expirat re integrâ morte mandantis.

1. Mandatum expirat regulariter morte mandantis re integrâ.
2. Fallit in causis favorabilibus.

1 Mandatum morte mandantis expirare integra, id est, si negotium nec dum tractari ceptum, notum Juris est *L. inter causas, l. si præcedente si mand. l. nulla dubitatio, c. l. mandatum c. eod.* sed si aliquis v. g. mandaverit Procuratori suo, ut Monasterio (idem est de aliis piis causis) 1000. solveret, mandans verò ante solutionem mortuus sit, Procurator post mortem ejus nihilominus solvere tenebitur, argumento ducto ab aliis favorabilibus causis in quibus mandatum morte mandantis non finitur, veluti si quis jusserit puellæ dotem dare *L. si ego*

*ff. de l. dor. aut servo libertatem l. si pater ff. de manumiss. vind.* ita præter Bald. in *aub. si quæ mulier col. ult. v. 4. not. & Tiraq. d. l. Priv. 132.* docet Cov. var. *resol. lib. 3. c. 14.*

PRIVILEGIUM XXXIX.

Pactum super viventis hereditate valet in favorem Monasterii.

1. Quibus modis deferatur hereditas.
2. Pactis non acquiritur hereditas.
3. Fallit in milite & pia causa.

Cum duo tantum sint modi quibus hereditas ad aliquem devolvitur, scilicet ex lege, five ab intestato, & ex voluntate defuncti scilicet ex testamento, neque viventis sit hereditas, ideo pactis hereditas dari non potest, præterquam quod hujusmodi pacta plena sine vitiosis exitibus, periculum captanda mortis involvant *L. ult. c. de Pact.* atque ejusmodi pacta alia sunt affirmativa, de succedendo, alia negativa, seu quibus futura hereditati renuntietur, utraque reprobatâ, nisi is, de cujus hereditate agitur consenserit & in ea voluntate usque ad extremum vitæ spiritum perseveraverit *d. l. ult. l. 3. c. de Collat.*

Nihilominus tamen quia inter milites tale pactum super futura hereditate sustinetur *L. licet, c. de Pact.* ideo idem favore piæ causæ merito dicendum videtur cum illis, quos allegat Tiraq. *priv. 105.* tum quod Privilegia militum extendantur ad Ecclesiam, ut superius *priv. 35. dictum*, tum quod minus periculum captanda mortis sit respectu Ecclesiæ, quàm militum? tum denique quod de voluntate ejus, de cujus hereditate pactum inicitur, semper magis præsumi possit, si ad piæ causæ ordinetur, quam si ad profanas. Sed hæc videntur locum habere quatenus pactum super futura hereditate concernit favorem Religionis, non verò quatenus ejus damnum, ut si hereditati Monasterio competituræ renuncietur, nisi & hic consuetudo loci aliud habeat.



PRIVILEGIUM XI.

Pro favore Monasterii tenetur  
Reus edere sua Instrumenta  
Actori.

1. *Arma non sunt sumenda ex domo adversarii.*
2. *Pallit in Fisco & pijs causis.*
3. *Additur limitatio.*
4. *Quando de jure communi Reus tenetur edere sua instrumenta.*

1 **Q**UAMVIS regulariter actor pro pijs documentis instructus ad iudicium venire debeat, nec ex domo adversarii arma ad ipsum conficiendum desumere, *cap. 1. de Prob. l. qui accusare §. C. de Edendo.* communiter tamen exceptionem statuunt in pijs & favorabilibus causis Ioan. And. in *annot. ad Spec. in tit. de edit. instrum. §. videndum & Panor. in d. c. 1. n. 19. Tyr. priv. 155.* argumentum sumitur à fisco qui in causis Civilibus (non criminalibus) etiam statim à principio rationes & instrumenta rei petere potest ad suam intentionem fundandam *L. 3. ff. de Edendo. l. 2. §. 1. & 2. ff. de Iur. sig. Et si in l. 1. C. de Edendo,* generaliter ad officium Iudicis pertinere dicitur, ut reus ex causa sua instrumenta edat, planè sufficiens causa ad movendum Iudicem erit favor Ecclesie, & ne quiseam cum detrimento animæ suæ damni- fier. Hoc tamen videtur mihi ex æquitate naturali addendum, causas pijs debere saltem aliquas conjecturas pro se allegare posse, ne earum administratores & procuratores alijs facile lites sine sufficiente fundamento movere audeant, quod satis insinuat Ioan. And. *c. 6. In exemplo ibi proposito.*

4 **C**ATERUM ex Jure communi Ecclesia sicut quilibet alius privatus potest petere instrumentorum editionem I. Si instrumenta fuerint communia, quæ scilicet vel ratione materiæ quam continent, vel ratione proprietatis, vel quia communi sunt privi & sollicitudine confecta inter partes litigantes communia sunt, ita testamentum defuncti de omnibus in eo nominatis & interesse habentibus commune est; ita instrumenta quælibet defuncti inter Cohæredes communia sunt; item instrumenta inter ipsos contractantes super contractibus confecta sicut &

acta Judicialia inter partes litigantes communia censentur. II. Si instrumenta Originalia communia sint deperdita & exempla seu copie erant penes Reum, licet illa scripturas rei propriae proptis pecuniis redemit & exemplari fecit, nihilominus defectus probationis & originalium Communio Iuxta causam censetur, ut sicut et officio tales copias edi jubet, Innoc. de *Pres. in c. 1. de Prob. argumento d. l. 1. C. de Ed. III. Si actor ex alijs probationibus intentionem suam principalem fundaverit, & tantum circa quantitatem incidentem, vel ad probandum repetitionem aut quantitatem debiti petat satisfactionem Rei v. g. Calendarium aut librum rationum dicitur, Iudex Reum cogat ad edendum *L. Titius libro 48. & L. Cretitor §. 2. in prin. ff. de Arbitr. Burch. & Bald. in l. 1. §. editiones ff. de Edendo.**

PRIVILEGIUM XII.

Judex circa causas Monasteriorum debet officium suum impertiri etiam non impetratus.

**V**ulgaris quidem est regula, quod Iudex officium suum non nisi impetratus & requisitus alicui exhibere tenetur *L. 4. §. hoc autem iudicium ff. de Dam. infecto.* Sed communiter DD. sententia, bono & Religioso Iudici incumbere ut Ecclesiarum & piarum causarum in eternitati etiam proprio motu consulat, eisdemque succurrat, ut pluribus authoritatibus probat *Tyr. raq. priv. 152.*

PRIVILEGIUM XIII.

In dubio pro Monasterio est  
judicandum.

**P**ROBARI potest hoc assertum ex *a. fin. de Sen. & re iudic.* ubi deciditur, quid in dubio Iudicibus diversas sententias profertentibus preferatur illa, quæ est pro causa favorabiliori. *Et summa est ratio inquit I. C. in l. sunt persone ff. de delig. & sumpt. fin. qua pro Religione facti, ut eorum ubique scribere testatur Tyr. raq.*

## PRIVILEGIUM XLIII.

Monasterium non obligatur ex mutuo nisi probetur verum in eius utilitatem.

1. A civitate ducitur argumentum ad Ecclesiam.

2. Quid juris si mutuum à Prælate cum consensu Capituli acceptum? remissive.

1. Civitas (inquit Vlp. in L. 27. ff. si certum per) mutui datione obligari potest, si ad utilitatem ejus pecunia versa sint, alioquin ipsi soli, qui contraxerunt non Civitas tenebitur. Idem jus civitatis ad Ecclesias transferunt DD. & factis colligitur ex Auth. hoc jus porrectum, in fin. C. de SS. Eccl. c. pen. X. de fideiuss. c. 1. ibi. pro necessitate Ecclesia contra de solutione. Sed an hæc probatio verisionis in utilitatem Ecclesie si Prælati vel Administratores unâ cum consensu, Conventus seu Capituli mutuas pecunias accepit controversia est: De qua videatur Fach. 2. Contr. c. 77.

## PRIVILEGIUM XLIV.

Monasterium potest exceptionem non numeratæ pecuniæ etiam ultra biennium opponere.

1. Quid sit exceptio non numeratæ pecuniæ.

2. Hac privilegium consequitur ex priore.

1. Si debitor in chirographo fateatur se accepisse pecuniam mutuatam, & ex postfacto conventus super mutuo neget sibi pecuniam aliquando ab Actore seu Creditore numeratam esse, idque intra biennium fecerit, audietur eatenus, ut in Actorem transferat onus probandi, pecuniam numeratam fuisse, post biennium vero elapsam de foro Civili absoluta solvendi obligatio constituitur. Præsumitur enim præsumptione juris & de jure (contra quam non admittitur probatio in contrarium) Chirographum tanto tempore relictur non fuisse apud Creditorem nisi pecuniam accepisset, s. s. Infr. de Litt. obl. at tamen exceptio in Monasterio ex priori privilegio consequitur: si enim Creditor non potest eam effectu agere ad suam debitum conse-

quendum, nisi probet in utilitatem Ecclesie convertum, profectò non Monasterio sed ipsi pecuniæ numeratio probanda incumbet, tradit etiam Tyraq. priv. 154. Cum Baldo in auth. hoc jus porrectum, C. de S. Eccl.

## PRIVILEGIUM XLV.

Beneficia regularia, tantùm regularibus conferenda sunt, & in dubio beneficium fundatum in Monasterio præsumitur regulare.

1. Quanam dicantur beneficia secularia.
2. Quando beneficium regulare possit commutari in seculari.
3. Quanam regularia.
4. In Monasterio fundatum beneficium præsumitur regulare.
5. Mala consequentia S. Petrus fuit secularis, ergo omnia beneficia præsumuntur talia.
6. Consensus Abbatis & Conventus, requiritur ut in Monasterio fundetur beneficium seculari, eritque tunc Monasterium Compatriotica.
7. Beneficiorum secularium incapaces sunt Religiosi.
8. Possunt autem eligi in Episcopos.
9. Item promoveri ad dignitates Ecclesiarum collegiarum.
10. Item ad Parochias saculares.
11. Constitum à quodam traditum circa promotionem Religiosorum ad Parochias.

Communis beneficiorum divisio est, quod alia sint secularia, alia regularia; secularia dicuntur illa, quæ vel ab initio pro Clericis secularibus fundata sunt, vel in quibus ex succedente præscriptione 40. annorum, vel legitima fundationis ex autoritate sedis Apostolicæ, commutatione (quæ commutatio tunc demum de jure rectè fieri censetur, si beneficia regularium nec per Religiosos ejusdem, nec alterius Ordinis provideri possunt Tex. & Gloss. in c. inter quatuor s. de Relig. dom. c. possessiones. 10. de Rebus Eccles. non alienandis cap. ratulatum. 7. no Clerici vel Monachi) Clericis secularibus jus quæsitum est. Regularia verò beneficia sunt, quæ similiter vel ex prima fundatio

datione, vel succedente prescriptione, fundationis commutatione, aut unione seu incorporatione (de qua seq. priv. dicemus) regularibus conferuntur, sicut tradunt Interpp. in c. eum de Beneficio. 5. de Prob. in 6. Garc. de Benef. p. 7. c. 10. Porro quamvis non omnes Capellaniae, seu beneficia in Ecclesijs Monasteriorum fundata hoc ipso beneficia regularia sint, aut per regulares administranda, cum ex voluntate fundatorum dependeat, an pro secularibus, vel Regularibus beneficium fundare velint: Interim quamdiu non apparet de contraria fundatorum intentione, tale beneficium in Monasterio fundatum semper praesumetur regulare. Abb. conf. 50. 2. parti. vers. 4. cap. Rebut. in prax. benef. tit. quatuorplex sit beneficium n. 6 Mascardus de Prob. Concl. 172. n. 17. quia non est verisimile quoddam erigens beneficium cum onere legendi missas in Ecclesijs Regularium voluerit ab eo ipsos Regulares excludere, cum potius contra videamus, ab hominibus Religiosorum preces multum desiderari. Quoddam vero aliqui docent, omnia beneficia in dubio praesumi secularia, eod quod S. Petrus fuerit secularis, ineptam rationem merito miramur, cum qualitas beneficiorum ex intentione fundatorum desumenda sit, neque S. Petrus fundaverit omnia beneficia, imo tempore S. Petri nulla fuit beneficiorum divisio, quam primum Dionysius Papa introduxit c. un. causa 13. q. 1. c. pastoralis. De his qua fiunt a Prael. Et Dionysium, qui unus tantum inter Pontifices hujus nominis numeratur, fuisse Graecum Monachum refert Bullarium pag. 8. accedit quod S. Chrysostom. in lib. 3. contra Monach. vita vi sup. dicit, Ecclesiam D. B. I. fuisse initio veluti Monachalem Religionem & Apostolos duxisse vitam religiosam nihil habuisse proprium & vixisse in communi unanimiter in oratione Act. 4. cap. imo emissit Vota Religionis ex Suarezio & alijs probat Tambur. de iure Abb. tom. 1. de p. 2. q. 3. c. 4.

Præterea ut in Monasteriis & Ecclesijs Regularibus fundetur capella seu capellania, ad quam debeat praesentari Clericus secularis non sufficit sola auctoritas Episcopi, sed etiam consensus Abbatis & Conventus requiritur: neque alicui in vitis Monachis potest acquiri jus Patronatus, seu praesentandi Clericos seculares in eorum Ecclesia, ut rectè docet Garc. d. n. 10.

sub n. 37. in fin. quia Episcopus non potest va gravamina, vel onera Religioſi imponere, maxime que eorum Communione puniunt, prout foret, si Clerici seculares eorum voluntatem in Monasterio in aliquo extendere possent c. luminis, cap. 18. q. 1. Dicitur etiam istud notabile est, quod erigens beneficium in Monasterio non solum sit forma patronus sed etiam ipsum Monasterium debet habere pro Compatione, tanquam quod solum concessit ut adverte Patron. in c. 1. de Eccl. adif. n. 11. Etenim fundatio seu fundatio aequè est causa juris patronatus, quae dicitur (sive redituum assignatio) vel capellania seu edificatio, & si alius fundaverit, alius decesserit alius adificaverit, tres erunt quidem beneficium patroni, & nisi aliter inter se convenerint, ut praesentandi vicibus praesentent, omnes ad praesentandum admittentur, & si diversimodum praevalebit is, qui majora vota habuerit, vel paria sint, quem Episcopus elegerit. Patron. cap. 1. de iure Patron. n. 6. Barb. in Collat. DD. n. Conc. Triid. 14. de Res. l. 12. n. 16. Dicitur autem de converso Regulares possunt praesentari ad beneficia secularia? hic quoque breviter vestigandum est.

Imprimis conveniunt DD. quod beneficium secularium simplicium, ut Canonatum in Ecclesijs Cathedralibus, vel Collegiatis, non patescit Religioſi iuxta regulam communem receptam, quod secularia beneficia secularibus regularibus conferenda sunt, non consuetudine vel praescriptione aliud interpretandum sit, & notant Barb. & DD. in c. superius, c. 1. sic.

Deinde certum est, quod Religioſi non eliguntur in Episcopum, quamvis Ecclesia sit secularis ut expressè habetur in Clem. 1. de Elect. in c. nullus Religioſus. 28. c. 1. si Abbat. in c. eod. in 6. idque nonnulli extendunt, ut Religioſus etiam possit eligi in Praetatum seu Praepositum, aut Decanum Ecclesiae Collegiatae secularis. Abb. in c. quod Dns. tom. 1. de iure Monach. n. 1. c. ibidem Zabarella in l. 1. q. 1. de Grat. in aur. dec. p. 2. lib. 3. c. 2. n. 1. in l. mor. p. 1. lib. 12. c. 19. q. 13. Lellius de i. p. l. lib. 2. cap. 14. dub. 12. n. 99. Sylv. in Relig. l. 1. c. 4. c. 6.

De beneficijs autem curatis inferioribus licet Parochialibus secularibus magis est dubium

sensio eamque controversiam jam olim prolixè tractavit Gratianus in *causa* 16. q. 2. ubi imprimis multas auctoritates pro sententia negativa adducit, quas deinde incipiendo à c. *Doctus* 21. per contrarias revehit, inter quas insignè est illud decretum Bonifacii Papæ relatum in c. *sunt* nonnulli 25. ead. *causa* 26. q. 1. in hæc verba: *Sunt nonnulli nullo dogmate subiti auidacissimè quidem zelo magis amaritudinis quàm dilectionis inflammati asserentes Monachos quia mundo mortui sunt & Deo vivunt sacerdotalis officii potentia indignos neque poenitentiam neque Christianitatem largiri, neque absolvere posse per sacerdotalis officii divinitus sibi injunctam potestatem: sed omnino labuntur.* Neque enim B. Benedictus Monachorum Præceptor almissus hujus rei aliquo modo fuit interditor: sed eos secularium negotiorum medicum expertes fore tantummodo, quod quidem Apostolicis documentis, & omnium SS. Patrum institutis non solum Monachis, sed etiam Canonicis maxime imperatur. Nos verò sanctorum Patrum instituti exemplis (quibus periculosissimum est refragari) credimus à Sacerdotibus Monachis ligandis solvendisque officium Deo operante dignè administrari: si eas dignè contigerit hoc ministerio sublimari. Unde communis est DD. sententia paucis dissentientibus Religiosos de jure capaces esse beneficiorum secularium Curatorum & ita ob favorem curæ & utilitatem spiritualem animarum, esse exceptionem ab illa regula, quod secularia beneficia tantum secularibus conferenda sint. per tex. Gloss. & Pan. in c. *quod Dei timorem* 5. de *statu Monach.* Less. & Azor. ad. LL. Navar. de *statu Monach.* conf. 11. & 12. & plures alii quos refert Tamburin. de *jure Abb.* tom. 3. disp. 9. q. 8. n. 4. Garc. de *benef.* p. 7. c. 10. n. 17. & arguitur ex Conc. Trid. s. 14. de *Refor.* c. 11. ubi specialiter de Religiosis translatis ab uno ordine ad alium decretum, quod in Monasterio manere debeant, & omnium beneficiorum secularium etiam Curatorum incapaces sint. Unde cum exceptio firmet regulam in casibus non exceptis, rectè inferitur alios Religiosos non translatos beneficiorum secularium curatores capaces esse. Non obstat c. 2. de *statu Mon.* quia sibi Conc. Later. tantum prohibet ne singuli Monachi, id est, sine socio in Parochiis habitent. Nec etiam c. 1. de *capell. Mon.* quia

ad evitandam jurium correctionem explicari potest, vel de antiquo statu Monachorum, quando plerique erant Laici conversi, & pauci Sacerdotes, neque studijs eruditij c. ex *mula.* de *Voto.* & in perpetua clausura vivebant sicut Chartusiani: vel quod sine consensu Episcopi populus per Monachum regi non debeat. Gloss. in eod. c. 1. Ratio autem est, quia utique non est inconveniens, ut quod Religiosi per exercitia spiritualia & studia literaria in Monasterio didicerunt, de eodem etiam alios instruant, juxta illud Matth. 5. *qui fecerit, & docuerit hic magnus vocabitur in regno Cælorum.* & si esse Hieronymo in c. *sic virue* 26. *causa* & c. seq. 26. q. 1. multo tempore discendum est, quod postmodum doceatur, nec prius Magister esse debeat quàm Discipulus, camque ob causam lata est sanctio Conc. Trid. s. 23. de *Ref.* c. 11. & seq. de *interstitiis temporum* (neque enim intra quadrante annitam facile relinquantur mores sæculi & vitia) bonis moribus & probitate ordinandi observandis. Sanè non parum expectandum est à Religioso, circa doctrinam Christianam consolationem & instructionem fidelium præsertim in mortis articulo, qui per multos annos à vitio sæculi purgatus, nonnunquam à puero inter mera pietatis exercitia, ac sanctas meditationes nutritus est. Sunt quidem non pauci ex Recentioribus qui dicunt, per quandam novam constitutionem Gregor. XIII. item per declarationem Cardinalium obtentum esse, ut Religiosi absque dispensatione sed Apost. non possint ad curata beneficia secularia promoveri, ut docet Garc. Sanch. & Gonzalez apud Tambur. d. l. sed idem Tamburin. in d. q. 8. n. 11. & seq. dictam constitutionem Gregor. XIII. nunquam fuisse ulu receptam testatur, dum post eam contrarium prædicatum & per Rotam decisum, atque per Cardinales declaratum fuerit.

Verùm generaliter circa promotionem Religiosorum ad Parochias, quidam vir prudens consuluit duo esse animadvertenda 1. ne ad Parochias exponantur illi, qui indisciplinatis moribus sunt, & in Monasterio contineri nequeunt qui enim domui suæ præesse nescit quomodo Ecclesia Dei diligentiam habebit 1. ad Tim. 3. per tales enim, agebat ille, qui jam habita occasione quæ data est portarunt, scandalizantur Parochiani, Prælatorum conscientie onerantur, 11

Monasteriorum & Religionis fama gravatur, 2. ut ii qui in Parochiis collocantur si fieri possit cum socio sui ordinis sint c. 2. *Ch. 5. de statu Monach.* & non in perpetuum ibidem relinquuntur, sed ne nimis saecularibus curis & negotiis immergantur, quandoque pro renovatione spiritus ad Monasterium revocentur, alio interim substituto. Hinc quorundam Episcoporum stilus ut Religiosi praesentati ad Parochias non inveniuntur absolute sicut Clerici saeculares, sed ad clausula; *salva tui Praeulii revocatione*, quod Consilium an expediat vel qualiter in usum deducendum sit, Praelatorum iudicio relinquitur.

Dices, ergo tali casu alterabitur qualitas beneficii, & Rector non erit perpetuus, sed potius temporalis vicarius ad nutum amovibilis & 92. in primis consuetudinem alicujus diocesis multum posse mutare circa ordinarias regulas beneficiorum, quae nec ex jure naturali nec divino sunt, si ita videatur exigere salus animarum. Deinde non obstante illa clausula vel potestate Abbatis revocandi Religiosum ex Parochia, adhuc Religiosus censetur Parochus & quidem perpetuus, sicut enim non minus Clericus saecularis est Parochus perpetuus, quam vis ex positaeo Parochiam resignare, vel ea ob certas causas privari valeat, ita plane Religiosus erit Parochus perpetuus licet possit ex causa revocari, vel certe ipse, aut Praelatus ejus loco ( utpote in quem tota Religiosi voluntas collata censetur ) Parochiam resignet.

PRIVILEGIUM XLVI.

In Parochiis Monasterio pleno iure incorporatis potest exponi Vicarius ad nutum Praelati amovibilis.

Ultra quidem Parochiae diversis Monasteriis unita & incorporata sunt; non tamen omnes eodem modo & jure, nam quaedam sunt unitae quoad temporalia tantum, quaedam vero pleno jure.

De unione quoad temporalia.

1. Quando dicatur unio quoad temporalia.
2. Praesentatio de jure debet fieri à Praelato cum consensu capituli.
3. Patronus Ecclesiasticus tantum praesentat nuntium, Laicus potest plures.
4. Qualiter fiat consensus in Ecclesiis parochialibus.
5. Patronus Ecclesiasticus habet in marij ad praesentandum, Laicus quantum.
6. Patronus litigantibus currit tempus.
7. Litis pendente super praesentatione praesentatio sufficit.
8. Laicus potest donare sui patronatum Monasterio.
9. Quibus aliis modis Monasterium acquirat sui patronatus.
10. In patronatus à Laico perquisitus ad Monasterium fit Ecclesiasticus.
11. Quis sit plurius Patronus Laicus nuntium sui sui donaverit Ecclesiae.

**H**ec unio cum censetur facta, quando decimae vel alii redditus Parochiae sint allegati Monasterio sed jus institutiendi Rectorem beneficii pertinet ad Episcopum, solo iure pertinenti ipsi Monasterio relicto, & de hac incorporatione loquitur *et sane causa* 16. q. 2. ubi dicitur quod tales Parochiae cum consensu Abbatis Scotorum Episcopus committere debet, quae populi quidem cura Episcopi rationem reddat, Abbati vero pro rebus temporalibus ad Monasterium pertinentibus, subjectioem debent exhibere.

Quod si pars tantum decimarum fuerit in certa Parochia Monasterio data sine parte institutiendi vel etiam praesentandi, tunc potest de membratio beneficii quam annis censetur, exponi Praelato circa Parochialia aliquid jus competet. *Garc. de benef. p. 12. c. 2. n. 4.*

Ponit circa sui praesentandi seu patronatus Monasteriis competens aliqua brevis enumeratio sunt. I. Si jus praesentandi competat Monasterio vel Collegio, tunc Praelatus sine contentione majoris partis capituli aliquem praesentare non potest, nisi aliqua consuetudine vel privilegio ne aut privilegio aliud obtentum sit, *et in d. 6. de lit. quae sunt à Prael.*

II. Prælati sive Patroni Ecclesiasticum unum tantum præsentare potest, qui si fuerit idoneus non attendit alia præsentatione instituendus erit, *text. & DD. in c. cum autem 24. de iur. patronatus*, imo nec eo casu quando patronus Ecclesiasticus indignus & inhabilis præsentavit ad beneficium, alium præsentare permittitur, sed potius libera beneficii collatio pro ea vice Episcopo relinquatur *c. inter dilectos 11. de Excof. Prælat.*, quamvis hæc aliter se habeant in Patrono Laico, qui non tantum unum Clericum, sed plures simul aut successivè ad idem beneficium præsentare potest, non quidem *privativè* scilicet revocando illum quem prius præsentavit, sed *accumulativè*, ut Episcopo relinquatur electio quænam instituere velit, *d. c. 3. & c. pastoralis 29. de iur. patron.* sicut sæpe jus patronatus Laicorum in iure magis privilegiatum est, quam Ecclesiasticorum, ut Laici habeant remunerationem aliquam fundationum suarum & ad eas faciendas tantò magis invitentur.

III. Ubi servatur constitutio Conc. Trid. *sess. 24. de Refor. c. 18.* ut Parochiæ non arbitrio Episcopi, sed *per concursum* conferantur, tunc hic concursus etiam locum habebit, si Patronus sit Ecclesiasticus (non autem si Laicus) sicutque citatio per edictum, ac concursus & examen omnium ad Parochiam vacantem aspirantium, atque examine peracto, si plures digni reperti sint, Patronus Ecclesiasticus habebit electionem, & quem ex pluribus dignis elegerit, vel eum, qui solus dignus repertus fuerit. Episcopo præsentabit, ut *d. c. 18. Trid.* habetur. Hic tamen *concursum* non obtinetur in Parochiis Monasterio pleno iure incorporatis, ut inferius dicitur.

IV. Licet Patronus Laicus tantum habeat *quatuor menses* ad præsentandum, Patrono tamen Ecclesiastico *sex indulgentiæ*, quo tempore elapso si præsentatus aliquis non fuerit, libera collatio ad Episcopum vel eum, qui jus instituendi habet devolvitur *c. un. §. fin. de iur. Patron.* in 6, ex ea fortassis differentia ratione, quòd cum Patronus Ecclesiasticus in eo graveretur, quòd unum tantum præsentare possit ad beneficium, in eo saltem releveretur, ut plus temporis habeat ad inquirendum de Clerico aliquo digno & habili. Sed hoc tempus non currit Patrone ignorantis vel alias legitimè impedito, imò in dubio potius ignorantia quam scientia præ-

sumitur, nisi concurrentes circumstantiæ, ut vicinitas loci, Patroni præsentia, & c. aliud situdeat. Quibusdam locis receptum est, ut tempus vacantia Patrono notificetur & is ad præsentandum moneatur.

Si de ipso iure patronatus litigium sit inter duos currit interim tempus salvo tamen iure ipsius, qui evicetur, ut proxima vice liberè præsentare possit. Quòd si unus ex litigantibus in possessione fuerit, & alter de proprietate contendat, præsentabit possessor etiam pendente lite, nec removebitur præsentatus, & institutus, esto de proprietate contendens evicetur, cum quia pendente lite non debet aliquis privati commodi suæ possessionis, *c. 2. ut lite pend.* tum quia in præsentando solum attenditur possessio *c. cum Ecclesia de Cauſ. poss. & propr. & c. ex litteris & ibi Gl. fin. de iur. patron.*

V. Licet Laicus alteri Laico (nisi suo Compatrono) aut Ecclesia alteri Ecclesiæ vel Laico sine autoritate Episcopi & solemnitatibus ad alienationem requisitis jus patronatus donare non possit. *Barb. l. E. v. l. 3. c. 12. n. 746.* Patronus tamen Laicus liberè jus suum Ecclesiæ vel Monasterio cuicumque donare potest etiam irrequisito consensu Episcopi per *text.* expressum *in c. un. de iur. Patron. in 6.* per quem videtur corrigi *textus in c. nullus 17. X. de iur. patron.* quòd verò ulterius in *d. c. un.* additur, per talem donationem iuri Episcopi, qui eidem assensum non præbuit, non derogari, intelligendum est juxta *c. pastoralis 7. de donat.* ubi deciditur, quòd si Episcopus cum consensu Patroni iuris religiosi aliquam Ecclesiam simpliciter concedat, per talem concessionem non tantum jus patronatus, sed etiam quicquid fortassis prius Episcopus de fructibus illius Ecclesiæ percipere poterat, transferatur, quod non fiet eo casu ubi Episcopus in donatione à Laico facta assensum non præbuit.

Præterea etiam aliis modis jus patronatus potest acquiri Monasterio, ut si Ecclesiam fundaverit, dotaverit aut construxerit, si bona, quibus jus patronatus annexum est, per successivam hereditariam ex testamento vel ingressum in religionem Patroni Laici, vel venditionem in Monasterium transferantur; nam jus patronatus tranſite cum universitate bonorum, quibus tanquam reale annexum est, & cuicumque pos-

seffori competit, traditur in c. ex litteris, & c. cum seculum. de jur. patronatus, si vero jus patronatus familiare sit & jure sanguinis competit, tunc Patrono Religionem ingrediente jus patronatus tantum ad vitam ejus penes Monasterium manebit. Tamb. de jur. Abb. tom. 3. disp. 9. q. 23. Illud tamen advertendum, quod si jus patronatus sine incorporatione Parochiæ Monasterium competat tunc nihil juris habeat Monasterium redditus parochiales in suos usus convertendi. Trid. s. 22. de Ref. c. 11. nisi Abbas regularem sui Monasterii præsentarit ad Parochiam isque ab Episcopo institutus fuerit, qui ea, quæ ultra suam congruam sustentationem superfluit, Monasterio acquirit juxta dicta superius priv. 11.

- 10 VI. Si jus patronatus à Laico pervenerit ad Ecclesiam vel Monasterium efficitur prorsus Ecclesiasticum & tempus præsentandi 6. mensium citat. c. un. Quid autem si ex pluribus Patronis unus tantum suum jus donaverit Ecclesiæ, & ita jus patronatus incipiat esse mixtum, scilicet partim Ecclesiasticum partim Laicale? Tali casu etiam Laicis Patronis competiturum tempus 6. mensium, eo quod in una eademque re, quæ commodè dividi non potest, servanda sit paritas, & magis dignum trahat ad seminum dignum. In odiosis autem Patronus Ecclesiasticus non trahit ad se Laicum, qui non debet suo jure sine culpa privari. Unde si ejusdem Ecclesiæ duo sint Patroni, unus Ecclesiasticus & alter Laicus, sique diversos præsentarint, licet Patrono sæculari variare & per accumulationem alium præsentare. Notanter dico si diversos præsentarint, nam si ab initio unum eundemque præsentarint, hic præsentatus necessariò institutus esset, quia cum jam semel obtinisset amborum Patronorum & sic majora vota plus juris haberet ad beneficium quam ille, qui ab uno tantum Patrono præsentatur, sicut generaliter quando plures Patroni præsentant, ille præferitur, qui plurimum Patronorum calculum obtinet. Vid. Pan. in c. cum autem 24. n. 4. & in c. cum propter 27. in fin. de jur. Patron.

### De Unione pleno jure.

1. Quæ sit unio pleno jure.

2. In Parochiis pleno jure unio non datur incursus aut vacante.  
3. In iis exponitur vicarius amovibilis.  
4. Declaratio Contrid. Trid. s. 7. c. 7.  
5. Varia jura Abbatis circa Parochias sui adscribunt DD.  
6. Alii distinguunt inter unionem plene & simpliciter jure.  
7. Consuetudo interpretatur & aliter legitur.  
8. Quid censendum, si nova bulla in prædictis Monasteriorum impetretur.  
9. Notabilis decisio Panorm. circa præscriptum jurium Episcopatum.  
10. Interpretatio c. cum non licet. & c. cum ex officio. De Præscript.  
11. Quodnam sit tempus immemorialitatis.  
12. Jura Episcopalia possunt etiam præteriri 40. annis & ab Abbatis non exemptis.

**P**leno jure dicitur unio seu incorporatio Parochiæ quando præter jus percipiendi temporales redditus etiam administratio spiritualium scilicet curæ animarum in Monasterium transit. tum est atque in tali Parochia Rector principalis censetur esse Abbas Monasterii, sique potestatem habet Vicarii aliquem curam exercentem exponendi c. 1. causa 16. q. 2. Neg. pro collatione talis Parochiæ Episcopus consensus publicæ potest. nec Abbas teneat. Pius 7. in Bull. ad exequendum Barb. in colle. Ansis DD. ad Cont. Trid. s. 24. de Ref. c. 18. n. 16. Neque in ealocum habet terminus Lateranensis Concilii, & ideo ejus collatio propter vacantiam ultra 6. menses ad Episcopum non devolvitur, cum nunquam vacat censetur ex quo principalis cura penes Abbatem residet. Clem. un. de excess. Præl. Joan. Hono. de de Præb. n. 60. Barb. de Off. Ep. p. 3. alleg. 18. n. 16. Chokier de Jurisd. ord. in excep. p. 1. q. 17. n. 9.

Porò in Parochiis pleno jure incorporari potest Abbas exponere Vicarium tam regularem quam sæcularem (nisi in litteris unionis expressè insertum sit, ut per sæcularem delevituri) etiam absque investitura, & ita temporalem ad arbitrium seu voluntatem Prælati amovibilem, & tunc in his Parochiis non erit propria institutio, sed potius provisoria administratio, cum citius beneficium sit penes Monasterium, sicut hæc est communem sententiam referre Barb. de Off. Ep. d. p. 3. alleg. 72. n. 109. cum pluribus hujusmodi citatis, quibus adde Tamb. de l. Abb. tom. 3. d. 18.

9. q. 8. n. 2. *Less. de l. 1. lib. 2. c. 41. dub.*  
 11. n. 98. Licet verò in Conc. Trid. *f. 7. de Ref.*  
 4. c. 7. data sit potestas Episcopis ut in Parochiis,  
 Monasteriis aut Collegiis, quibuscunque in cor-  
 poratis Vicarium perpetuum ponere possint e-  
 tiam si prius semper Vicarius temporalis postus  
 fuerit, declaravit tamen Pius V. in sua Bull. *ad*  
*exequendum* 475. §. 5. hanc Trid. constitutio-  
 nem non procedere in Parochiis, in quibus sem-  
 per per Vicarios regulares non seculares deservi-  
 ti consuetum fuit, quia non est credibile fuisse  
 intentionem Concilii omnia Monasteria uno  
 verbo privare jure suo, quod habet exponen-  
 di regulas ad Parochias, vel ceteros ipsos Præla-  
 tos cogere, ut aliquem regularem tanquam  
 perpetuum Vicarium insistant, & ita eundem  
 quasi ab obligatione vitæ Monasticæ & obe-  
 dientiæ in perpetuum absolvant. Constituit  
 quidem Pius V. ibidem, quod vicarius regula-  
 ris debeat secum habere 4. socios sui ordinis,  
 Sed id ipsum Greg. XIII. coarctavit & unum  
 sufficere decrevit. *Tamb. d. disp. 9. q. 18. n. 2.*  
 Deinde etiam notabile est, quod in illis Para-  
 chiis in quibus Vicarius secularis exponitur E-  
 piscopus non pro suo libitu possit instituere Vi-  
 carium perpetuum, sed id debeat facere ex justa  
 causa, qua deficiente dabitur appellatio Barb. *d.*  
*alleg. 72. n. 190.* Et præterea quia non nulli E-  
 piscopi abutebantur potestate sibi data in Con-  
 cil. *d. c. 7. f. 7.* & Vicariis perpetuis tantam  
 portionem assignabant, ut vix aliquid Mona-  
 steriis aut Collegiis de fructibus remaneret, i-  
 deo tunc Pius V. in d. bulla. *ad exequendum*  
 declaravit, quod cujuscunque valoris vel oneris  
 Parochia fuerit, non debeat Vicario pro sua por-  
 tione major quam centum, nec minor 50. scuto-  
 rum annuorum summa computatis omnibus et-  
 iam incertis emolumentis & aliis obventionibus  
 con. muniter percipi solitis assignari, nisi jam  
 prius ante designationem Episcopi Vicario plus  
 fuerit dari solitum.

Præterea Monasteriis circa Parochias *pleno*  
*jure* incorporatas multa alia privilegia passim  
 adscribunt DD. ita ut Abbati præsertim Mo-  
 nasterio exempto Jurisdictionem quasi Episco-  
 palem concedant, ex qua proinde possit instituere,  
 & destituere, & resignationem beneficij (intelligi  
 si Vicarius perpetuus sit, temporalis enim non est  
 propriè beneficium) recipere *Chok.*

*de jurisd. ord. in exempte. p. 4. q. 67. n. 3.* au-  
 thoritatem in alienatione rerum Ecclesiasticarum  
 interponere *Gl. in Clem. 1. in V. proprii de*  
*Rel. Eccles. non ad beneficia pleno jure sibi in-*  
*corporata inter se cum expedierit unire Barb. de*  
*Off. Ep. p. 3. alleg. 66. n. 14.* visitate, cum inde  
 descendat potestas puniendi, privandi & desti-  
 tuendi pulchre *Paris de Refig. benef. p. 1. lib. 7.*  
*q. 15. Chok. d. q. 67. n. 3.* Censuras Eccle-  
 siasticas ferre & promulgare, quia Censura  
 non est ordinis sed Jurisdictionis Episcopalis  
*Chok. p. 4. q. 20. n. 2. arg. eorum quæ docet*  
*Cov. in relid. c. alma mater de Sent. uxcom.*  
*in 6. p. 1. §. 11. n. 1.*

Alii tamen distinguunt inter unionem, quæ  
 fit *pleno jure*, & eam quæ fit *plenissimo jure*.  
 Unionem *pleno jure* appellant, quando ipsa qui-  
 dem Ecclesia est subjecta Abbati cum jure per-  
 cipendi temporalia, & exponendi Vicarium po-  
 pulus tamen subest Episcopo, quo casu ipsum  
 quoque Vicarium in iis, quæ pertinent ad curam  
 animarum debere adprobati ab Episcopo, ejusque  
 jurisdictioni & visitationi subesse ajunt jux-  
 ta Trid. *f. 25. de Reg. c. 11.* juncta Bull. Greg. XV.  
*injerutabili.* Ita tamen ut Vicarii sive regulares  
 sive seculares ponantur ad arbitrium superiorum  
 Regularium, non verò Episcopi, nisi quod ab E-  
 piscopo curam animarum accipiant.

*Plenissimo* autem jure tunc unionem censent,  
 quando non tantum Ecclesia, sed & populus ab  
 Episcopo exen. prius est Barb. *in c. quoniam 21. de*  
*Prix. Abb. in c. 2. §. in Ecclesiis eod. tit.* Et hoc ca-  
 su nihil juris habet Episcopus in Parochia, sed  
 Abbas juxta superius dicta n. 5. loco Episcopi &  
 Ordinarii censetur. *Cardin. apud Barb. in declar.*  
*prætermisissis Trid. super d. f. 25. c. 11.*

Interim in hac materia, in qua jura & DD.  
 valde intricatè & confusè loquuntur, censo  
 plurimum tribuendum esse locorum consuetudi-  
 ni, concordii & contractibus & particularibus  
 præscriptionibus, Etenim *consuetudinem*  
 valere etiam contra legem scriptam quamvis  
*Concessionem* facile probari potest ex iis, quæ pas-  
 sim de autoritate consuetudinis traduntur, Unde  
 communis est doctrina, quod lex non recepta  
 non liget, & lex nunquam recepta aboleatur  
 per lapsum 10. annorum *Garc. de Tenef. p. 7.*  
*c. 1. n. 137.* recepta autem aliquando, sed po-  
 stea per 40. annos (si sit lex Canonica) inter-



missa pariter expiret. Vid. Eras. Chokier. de jurisd. Ord. in exempt. p. 1. q. 50. ubi de receptione Conc. Trid. ex instituto tractat. sicut experientia constat idem Conc. Trid. in multis Diocesisibus quoad varia reformationis puncta usu haud recipi prout conferenti textum Conc. & proxim locorum facile patebit.

8 Sed quid si novae Bullae & declarationes Cardinalium profertantur, per quas multa in praedictum Monasteriorum statuatur? R. Cum hujusmodi constitutiones nonnunquam una tantum parte informante impetrentur ita in primis interpretandae sunt, ut non praedictum Monasterium in jure per Privilegium, contractum, incorporationem aut praescriptionem quæsitum; tum quod princeps non censeatur alicui velle auferre jus suum. Minf. Cent. 4. c. 8. n. 4. & 5. Rayet. in Theodoro jur. v. Princeps n. 109. tum etiam quod per constitutionem generalem Pontifex non intendat derogare particularium locorum & singularium personarum consuetudinibus, statutis & consequenter etiam contractibus. c. de Constit. in 6. Accedit, quod justè suspendatur obligatio alicujus legis, nec illicè parendam sit, quando justa causa est contra eam supplicandi usque dum super gravaminibus S. Pontif. rite informetur eaque vel rejiciat vel receptet, c. pastoralis. de fide Instr. Navar. Conf. 20. n. 2. de rescript. Chokier. d. tract. p. 2. q. 44. v. tum quia. Salas de LL. disp. 13. sect. 4. n. 20.

9 Quod attinet ad praescriptionem jam olim casum ventilavit, & decidit Antesignanus & lumen Canonistarum Panormitanus in e. cum non liceat. circa fin. de Prescript. cujus verba formalia hic anneximus: Quidam Abbas exemptus habens in Monasterio suo certam Parochiam populi non exempti, exercuit curam animarum per Monachos suos nunc uni nunc alteri committendo prout videbatur sibi expedire, nec unquam recepit ipse curam ab Episcopo, nec ab eo fuit ipse Abbas vel Praepositus cura per eum visitatus, & hoc duravit per tantum tempus, de cuius initio non est memoria, nunc Episcopus vult visitare & allegat 3. iura. 1. quod contra visitationem non curat praescriptio e. cum ex officio. de Prescript. 2. quod Abbas non potest per suos Monachos curam exercere, sed hoc debet facere per Capellanum, qui curam populi ab Episcopo

debet habere. c. 1. de Capell. Monach. 1. ubi jus instituendi quoad curam populi non potest praescribi per inferiorem Episcopo e. cum in Off. Archiepiscopi. & ibi tenet Holl. Et praescriptio circa hoc multa possunt scribi quae brevitate causa omittit. & conclusivè tenet contrarium. Cens enim Abbas non intendat seipsum praescribere, sed potius praescribit contra Episcopum, ut ipse committat curam & praescriptum cura visitet, corrigat. & castiget, non impugnanda praescriptio, quia potest praescribere iura Episcopalia, ut in e. auditu. & e. cum olim de Prescript. ipse vero Abbas constituitur à superiori suo cum sit exemptus, & sic cassatur obsecratio Episcopi. Non obstat 2. quia praescriptio sit consuetudo in contrarium, ut per Monachos cura exercetur. ut not. in Clem. ut in agro 3. ceterum de stat. Monach. Joan. And. in e. statutum. de Elect. in 6. Ex his colligitur, 3. visitatio dico enim quod imo valet praescriptio ut in d. c. auditu. & in d. e. cum olim & sentit Innoc. in d. c. auditu. Joan. And. in e. cum venerabilis. de consub. & in e. litteras. de Restit. sp. l. & in d. gl. tex. in e. accedentibus de Excess. Prelat. Hinc doctissima decisione & quod iura Episcopalia exemptionis, item concessio curae animarum per praescriptionem Abbatis acquiritur postea, datur e. 2. de Capell. Mon. e. ex ori. ceteri. Not igitur ubi gl. & e. cum olim X. de Privileg. a. cum persona 7. de priv. in 6. & in specie circa curam animarum Barbosa de Off. Episc. p. 3. alleg. 71. n. 185.

Eam quoque objectionem, quod contra obedientiam visitationem & procuratorem nulla sit admittenda consuetudo vel praescriptio e. cum non liceat. & e. cum ex officio de Prescript. ita resolvit Barb. d. p. 3. alleg. 128. n. 3. & alleg. 129. n. 9. quod obedientia & visitatio essentialitè praescribi non possit, ita scilicet, ut nulli competat visitatio, & nulli debeat obedientia, ne dentur Acephali sicut locustae, possit tamen praescribi & obedientia & visitatio translativè id est, ut alteri quam Episcopo, nimirum Abbati vel S. Pontifici obedientia exhibeatur, & visitatio comperat.

Quodam autem dicatur tempus immemorabile de quo Panorm. loquitur tradidi in Man. Paroch. p. 1. c. 1. n. 7. & sequ. ubi dicit tempus immemorabile rectè appellari, à rebus antiquissimis

Quia possessionis per 40. annos & ulterius non recordentur de initio hujus possessionis, quamvis probari possit, aliquando contrarium fuisse; Item ad effectum non probandi titulum etiam intra 100. annos dari immemorabilem. Licet verò Panorm. in allegata facti specie tantum de immemoriali prescriptione & Abbate exempto loquatur, certum tamen est, quod omnia illa jura quorum Panorm. meminit & omnia alia etiam quadraginta annorum cursum & ab Abbatibus quoque non exemptis privative quoad Episcopum præscribi valeant, c. de quarta c. auditis & c. illud, de Prescript. c. 1. eod. in 6. Panorm. in d. c. cum non liceat in fin. Et in d. c. auditis vers. secundò dicit gl. de Prescript. Barb. d. p. 3. all. 127. v. 10. c. cum persona. de Priv. in 6.

## ADNOTATIO.

AD Num. 11. Licet in prescriptione immemoriali non requiratur titulus, hoc ipso enim immemorialis non foret, si de titulo adeoque de initio possessionis constaret, in quadragenaria tamen prescriptione jura Episcoporum videntur DD. titulum desiderare arg. c. 1. de Prescript. in 6. Et c. cum persona de Priv. in 6. Sed nisi possit ostendi privilegium dubium aut putativum, aut probari fama privilegij, vel contractus eum Episcopo similiter dubium aut putativus (si enim privilegium aut contractus de jure esset validus, non esset opus prescriptione) valde notabile est, quod docet Gloss. in c. de quarta v. tuori, de Prescript. Et in c. cura 11. v. legitima circa fin. de iure patron. & commendat Panorm. in d. c. de quarta c. 7. quod primus quidem possessor sine titulo annis 40. prescribere nequeat, successor tamen ejus, jam ex ipsa successione habeat titulum, dum habet justam causam jura à suo antecessore inderivata conservandi. arg. l. ult. ff. pro suo. Unde, si faller, eo modo, quo successor hereditarius res à defuncto relictas potest usucapere pro herede. r. ff. pro herede. in etiam successor in dignitate ex titulo pro suo. est enim titulus pro suo, alius generalis, qui cum omnibus aliiis titulis concurrens, alius specialis, qui per se sufficit ad prescriptionem, quando scilicet alius titulus deficientibus tamen iusta causa est rem possidendi, d. l. ult. Arnold. Rath. in tract. de usucap. c. 3. ff. 4. Neque successor in dignitate

te in bona fide, quæ propter decursum longissimi temporis præsumitur lib. pan. C. de Prescript. Fatim. in Repert. Indic. q. 96. n. 13. Et 14. existenti nocet mala fides antecessoris, sicut de jure Civ. mala fides defuncti nocet heredi, cum successor in dignitate non sit eadem persona cum defuncto, sed omne jus habeat ab electione & superioris confirmatione, non verò sicut heres à persona sui antecessoris Gl. & Panorm. d. l. Joan. Hon. ad tit. Decretal. de Prescript. n. 24. Lyng. in c. possessor de R. l. in 6. addi fortassis possit, quod in prescriptione jura incorporalia scientia & patientia Adversarii habeatur loco tituli. L. si quis diuturno. ff. si servit. vind. l. apparet. § per ff. de itin. ad priv. Gloss. not. in c. cum Ecclesia v. propter brevitate temporis de caus. poss. Et propr. Joan. And. in c. 1. in vtitulum de Prescript. in 6.

Sed quid, si Monasterium in Parochia ubi vñ incorporationis tenebatur per sacularem deservire, variaverit & longissimo tempore modo per sacularem, modo per Regularem, deservierit, ane inducta erit aliqua prescriptio?

32. Si saculari Vicarius æque ac Regulari bene investitura & ad nutum amovibilis expositus fuerit, nihil video obstarè, quin cæteris paribus carens prescriptio locum habeat, ut à modo in Monasterij sit potestate qualemcunque Vicarium exponere. Si enim ex prescriptione beneficium saculare potest fieri Regulari, & e contra c. 5. de Prob. in 6. Non est ratio cur etiam illi clausulæ incorporationis per prescriptionem derogari non possit. Præterea existimo in hac causa quadragenariam prescriptionem etiam sine titulo procedere, quia in quadragenaria prescriptione non requiritur titulus nisi sit presumptio juris contra prescribentem. c. 1. de Prescript. in 6. non autem sufficit qualibet prescriptio, sed requiritur prescriptio cum forti resistantia, ut rec. & explicat Covar. var. resol. lib. 1. c. 17. n. 7. Pan. in c. si diligenti vers. adverte. de prescript. Rath. in tract. de usucap. c. 3. ff. 33. talis autem resistantia non videtur esse in proposito cum jura concedant commutationem beneficiorum ex prescriptione, & Regulares capaces sint parochialium Ecclesiarum, ut superius demonstratum, unde prescriptio hic tantum orietur ex literis incorporationis, non ex jure communi quod tamen requiritur, in d. c. 1. Deinde im-

memorialis præscriptio frequenter hic intervenire potest; & observandum, quòd non idèd minus sit *immemorialis* quamvis doceatur de *conyariis* per litteras incorporationis, fortassis ultra 100. annos obtentas, dummodo non constet de *curio* præteritis possessionis, Molina de *I. & I. tract. 2. diff. 70. n. 3.* & dixi in *Man. Parob. p. 3. c. 1. n. 11.*

## PRIVILEGIUM. XLVII.

Monasteria habent jus eligendi Abbatem; ideo non subjacent provisioni papali, primis precibus, aut juri patronatus,

1. *Jus eligendi ablatum Monasteriis per Reg. Cancell. restitutum est per Concordata Germaniæ.*

2. *Quid sint primæ preces Imperatoris.*

3. *Quem effectum habeat jus patronatus in Monasterio.*

Primum hoc juris beneficium probè agnoscent Monasteria, quæ suæ religionis Abbatem habent, & verè patrem & pastorem cui non tantum pecuniæ *commendata*, sed oves sunt propriæ & vocem ejus audiunt &c. Licet verò de jure communi hoc jus *electionis* Monasteriis tributum sit, ut constat *ex r. c. de Election.* postea tamen Pontifices per Reg. *Cancellaria* reservaverunt suæ dispositioni & provisioni præter Ecclesias Patriarchales, Primatiales, Archiepiscopales, & Episcopales, omnia etiam *Monasteria viro-rum* valorem annuum ducentorum florenorum suri excedentia ut in *reg. 2. Cancell.* habetur. Deinde per *Concordata Germaniæ* in Anno 1448. inter Frideric. III. aliosque Principes & Prælatos Germaniæ, & Nicolaum V. S. Pontif. (quæ in Bullario novissimo inter Bullas Nicol. V. primo loco ponuntur) Monasteriis jus *electionis* denuò restitutum est.

Præterea potest quidem Imperator ex privilegio Pontificis in omnibus Ecclesiis in imperio sitis *primæ preces* concedere, id est, in qualibet Ecclesia, semel tantum, aliquam personam idoneam nominare, quam Ordinarius ad beneficium vacans omnino recipere teneatur, dummodo Collator saltem quatuor beneficia conferenda habeat, & beneficia non sint de jure Patronatus

Laicorum, atram ab his *primis precibus* capiuntur dignitates electivæ, & primæ in Ecclesiis Cathedralibus, Collegiis & Monasteriis, prout refert Joas. à Chokier in *Historia Juris Status*, quem inscripsit, *Scholia in primæ preces Imperatoris.*

Rufus qui fundavit, confirmavit, vel dedit Ecclesiam consequitur *jus patronatus*, ut Clet. cum idoneum ad talem Ecclesiam tanquam beneficium præferre valeat, quem Episcopus debet necessariò cæteris paribus antecedere: si verò aliquis exerceat Monasterium vel Ecclesia *patronatus* in Monasterium concessit illi, alio effectus juris patronatus; nam quæ fundavit seu Patronus non potest contumaciter aut eligere Prælatum nisi Clericus sit & in fundatione eorum consensu Pontificis jus eligendi sibi expressè non servavit, vel aliunde per consuetudinem, aut præscriptionem acquisierit, Gl. & Barb. n. 1. in *c. nobis. 2. de jur. Patron.* proque etiam ad electionem instituemdam, sed primum potestatem electionem ejus consensus requiritur, hinc ipsum consensum magis de hæcitate quam necessitate desiderari, communiter est sententia, ut si Patronus rationabilem contumaciam causam habeat eam proponere possit, de cætero autem si nihil obstat electioni, quo minus Canonice censeatur debet, etiam in viro Patrono validam & confirmandam esse; videtur enim inconyeniens ut confirmatio Prælati, potius voluntate Patroni præferatur Laici (cum tamen Laici aliis jure eligendi incapaces sint) quam in electione Capituli vel judio superioris Ecclesiastici dependeat, & insinuat *text. in d. c. nobis* dum dicit, Patroni assensum beneficium recipi. Barb. *d. l. n. 4. Panor. in c. sacrosanctæ de Elect. in 6.*

## ADNOTATIO.

Potissent in hoc privilegio omnia addi de jure *Advocatiæ*, quod Principes, aliqui domini præcedunt in Monasteriis, sed quæ in prolixioris materiæ & indignis, ac potius in particularibus privilegiis, concessio de consuetudinibus dependet quam ex *jure communi*, ita Lectorem remitto ad Etalium à Chokier in *Speciali tractatu suo de Advocatiis fundationibus* & Mattium Magerum de *Advocatiis*.

PRIVILEGIUM XLVIII.  
Abbatibus Monasteriorum ha-  
bent jurisdictionem ordi-  
nariam.

1. Quenam dicatur ordinaria jurisdictione.
2. Fundamenta, ex quibus demonstratur compe-  
tente ordinariam jurisdictionem.
3. Novitii pertinent ad jurisdictionem Abbatis.
4. Jurisdictionem potest Abbas delegare, & in fo-  
gura iudicii exercere.
5. Abbas quid possit quando crimen meretur de-  
positionem.
6. Abbates exempti habent in suis Regularibus ju-  
isdictionem quasi Episcopalem.
7. Ideo disjuncti in irregularitatibus & casibus  
occultis.

**I**urisdictionem ordinariam tam in Criminali-  
bus quam Civilibus causis, sive circa regularia  
statuta sive circa alia negotia in Regula non  
comprehensa agatur, competere Abbatibus in  
suis Religiosis liquidd ex iure demonstrari po-  
test. Etenim ordinaria jurisdictione illa ex mente  
omnium DD. appellatur, quae competit ex officio  
& iure Magistratus, daturque vel à lege scripta,  
vel à consuetudine, vel à Principe, aut Repub. vel  
Collegio honesto non restricte ad unam vel alteram  
particularem causam (sicut in Iudice dele-  
gato) sed perpetuo toto scilicet officii tempore,  
ita ut talem jurisdictionem habens ordinariè  
tanquam Juxer adiri possit.

Videamus nunc, an hæc omnia circa jurisdic-  
tionem Abbatibus competentem concurrant.  
Et in primis clarum est, quod à talem jurisdic-  
tionem sibi vindicent Abbates ratione sui officii ma-  
gistratus & superioritatis quam gerunt perpetuo  
super suos Religiosos & non sit ipsis in uno vel  
altero particulari casu commissa.

Secundo datur hæc jurisdictione de lege & qui-  
dem primitus Divina, quæ præcipue Prælati  
ligandi solvendi que potestatem concessit, ut probat  
Tamb de iur. Abb. tom. 2. disp. 7. q. 3. Deinde  
verò & appetitibus ex lege Canon. scripta ex qua Ab-  
batibus conceditur potestas excommunicandi,  
quæ utique magnam jurisdictionem & cogniti-  
onem super arduis causis supponit eum excom-  
municatio sit de majoribus penis Ecclesiasticis

e. cum ab Ecclesiis, & c. quanto. de Off. Or-  
din. c. sicut tuis de Simon. c. cum in Ecclesiis 10. a.  
Major & obed. signanter in a. ea qua de stat. Mo-  
nach. dicitur, quod Abbas possit punire & corri-  
gere Monachos, secundum Regulam & Aposto-  
lica instituta, adeoque etiam tanquam Juxer &  
si extra Regulam delinquant, & arguitur ex Conc.  
Trid. j. 25. de Reg. c. 14. Item in c. suscepimus, &  
in c. sicut ex litterarum, de Homic. Prælati Regu-  
laris cognovit & sumpsit informationem super  
homicidio, eique & non Episcopo Pontifex,  
quid faciendum sit, rescripsit, cum tamen homi-  
cidium non sit culpa in Regula comprehensa.

Tertio hæc jurisdictionem habent Abbates  
ex consuetudine ita enim Navar. Conf. 6. de For.  
comp. & comment. 2. de regul. super Canon. non  
dicatis. n. 63. testatur se nullum vidisse Mona-  
sterium, in quo privilegio vel consuetudine non  
sit obtentum, ut Prælati non tantum cognoscat  
de illis, quæ tangunt regulam, sed universum de  
omnibus.

Quarto hæc jurisdictione data est à Principe  
Ecclesiasticis status scil. Romano Pontif. qui Re-  
ligiosorum Ordines & Prælatorum superiorita-  
tes approbavit, jus eligendi Abbatem concessit,  
& Regulam confirmavit, proinde sicut in Re-  
gula S. Benedicti habetur, ut Abbas possit de  
majoribus culpis, de fratribus incorrigibilibus  
penas statueret, excommunicationem ferre, ita  
ad ipsum à S. Pontifice Regulam confirmante  
concessum intelligi debet, alias enim non con-  
cessisset Pontifex in d. c. ea qua. de stat. Monach.  
ut Abbas delinquentes corrigat secundum Regu-  
lam S. Benedicti.

Quinto qui à Collegio honesto eligitur, & eia-  
dem præficitur, habet jurisdictionem ordina-  
riam saltem in civilibus in eos, qui sunt de Colle-  
gio L. fin. C. de iurisd. om. iud. atque Religiosi e-  
legerunt Abbatem, eumque vice Dei super caput  
suum posuerunt, & si Religiosus 27. de Elec. in 6.  
ergo, &c.

Extenditur hæc jurisdictione etiam ad Religio-  
nis Novitios, ut & isti non coram Iudice sæ-  
culari, sed Abbate conveniri debeant, quam vis  
enim verè Religiosi adhuc non sint, censentur  
tamen de corpore Monasterii, & persona Eccle-  
siasticæ, cum sint in via ad professionem,  
sicut alias cingendus pro cincto habetur arg.  
c. Religioso. de Sent. excom in 6. L. pen. ff. de Mil.  
estiam.

restam. Navar. de foro compet. conj. §. 6. Tamb. de l. Abb. tom. 3. disp. 6. q. 28.

4 Potèd cum, ut demonstratum, jurisdictio Abbatum sit ordinaria; ea & delegati five per Commissarium exerceri L. 3. de jurisd. l. un. C. Qui pro sua jurisd. (de delegatione lege in thesibus de Foro comp. c. 1. §. 2.) item & figura judicii, seu usitatus Tribunalium stilius adhiberi rectè poterit, quia Ordo judicarius non ad ampliacionem jurisdictionis, sed favorem publicum, ne ex præcipitatione iniquitas committatur, introductus est, latè hæc materiam examinavit & secundum dicta decidit Panor. in c. si quis contra. 4. de For. comp. n. 42. Et seqq.

5 Licet veid communiter teneant DD. quòd Abbates non possint delinquentibus religiosis penam depositionis vcl degradationis infligere, cum auferre ordines videatur habere aliquam connexionem & dependentiam à potestate ordinis Episcopalis, ut cum Panor. in d. c. si quis, n. 43. tradit Barbosa de Offic. Ep. p. 3. alleg. 110. n. 25. cum Sylv. Bonacina & aliis. Possunt tamen imprimis cognoscere de qualitate facti, amoveatur depositionem, sicut quilibet Judex cognoscere potest, an sua sit jurisdictio L. si quis ex aliena. ff. de Judic. l. 2. ff. Si quis in jus voc. 6. super litteris. de rescript. & diximus de Foro compet. Deinde illud hic maximè est advertendum, quòd Antiqui Canonès propter rigorem primitivæ Ecclesiæ fuerint proniores ad imponendam penam depositionis, qui hodie ut plurimum in atrocissimis usu recepti non sunt, ut rectè monet Bonacina de censuris disp. 4. punct. un. Multum notabile est, quòd tradit Vallens. ad tit. de Penis. §. 4. in fin. Hodie ex generali consuetudine de jure Canon. omnes ferè pœnas factas esse arbitrarias, & pro discretione Judicis (consequenter etiam Abbatum, cum & is in criminalibus Judex sit) consideratis circumstantiis moderari posse, quod saltem in delictis non enormissimis & necdum data incorrigibilitate, c. cum non ab homine de Judic. & circa personas regulares (quarum alias tota vita pœnitentia est) admittendum existimàtim facit textus in c. inquisitionis. 21. de Accusat. ubi dicitur, pœnas posse juxta personam merita & qualitatem excelsis à Judice temperari, excepta irregularitate, quæ ipso jure contracta fuisset,

Circa Abbates exemptos præsertim in speciali territorium habentes breves hinc inde dunt est, quòd in suos Regulares, nem in nos Domesticos & familiares Laicos, ac alios pœna exemptionis jure sibi subiectos jurisdictionem quasi Episcopalem habere crederentur, ita quæ ex potestate jurisdictionis (cum pœna cum ordine Episcopali crearetur) in jure competere Episcopis respectu suorum Diocesium et etiam istis Abbatibus concedantur. Etiam Chobos de Jurisd. Ord. in exempt. p. 4. q. 20. n. 1. Et seqq. Si enim cura Monasteriorum exemptionem non competit Episcopis, nec per s. Pœna, nec in Commissariis semper commode exerceri potest, necesse est, quòd penes cujusque Religionis vel Monasterii exempti Prælatos restitua fuerit. Tamb. de jur. Abb. rom. 2. disp. 1. n. 2. in specie exemplum pro pœna quodlibet unie posit. Barb. de Offic. Ep. p. 2. alleg. 39. n. 22. cum aliorum quòd potestas data Episcopis in Concilio Trid. s. 24. de Reform. c. 6. ad Abbates exemptos quoque extendatur, ut possint dispositionem omnibus irregularitatibus & suspensionibus et delicto occulto provenientibus, excepta ea qua oritur ex homicidio voluntario & excepta alia delictis ad forum contentiosum, item delinquentibus quibuscumque castibus occulit etiam pœna depositionis reservatis abjolvere.

Cæterum qualem undequaque potestatem habeant Abbates in Religiosos, minus potestatem nec hujus instituti foret examinare, videantur integri Tomi, quos de jur. Abbatum Tambertinus conscripsit.

PRIVILEGIUM XLIX.  
Abbates Monasteriorum possunt conferre minores Ordines, & habent usum Pontificalium quorundam.

1. Abbas conferri minores aliquando etiam potest benedictus.
2. Hodie tantum regularibus subditis.
3. Potest tamen ordinare Novitios.
4. Item alienos subditos cum dimissionibus.
5. Abbates quorum Pontificalium usus habent.

6. Abbas ex privilegio vel consuetudine potest habitari ad alium ordinis Episcopalis.

7. Abbas semel habitato potest similis actus ab Episcopo etiam pro alienis Ecclesijs delegari.

Potest igitur Abbas conferre minores ordines c. 1. d. 69. Et c. cum contingat de Trin. Et qual. omnes quatuor, quamvis in Jure tantum de prima tonsura & lektoratus videatur mentio fieri, ut ex declar. Cardin. refert Piasco. in praxi Ep. p. 1. c. 1. n. 7. si tamen Abbas Presbiter sit & benedictus: imo etiam non benedictus, si Episcopus retid requiritur benedictionem negavit, c. 1. de suppl. neglig. Pralat. vel id habeat ex privilegio Eugenii IV. vel Julii II. sicut Abbates titenses Congreg. S. Justinae de Padua Tamb. d. tom. 2. disp. 2. q. 4.

8. Olim quidem etiam Laici ordinari & quasi Episcopali jurisdictioni subiectis Abbas minores Ordines dare poterat tex. & gl. in c. Abbas. de Priv. in 6. hodie vero non nisi regularibus subditis juxta Trid. 23. de Ref. c. 10.

Utum autem etiam Novitius, vel alienis Religiosis aut subditis cum licentia propriorum Praelatorum valeat Abbas minores ordines imperiri? Pro utraque sententia videri poterunt DD. relati a Barb. ad d. c. 10. Trid. n. 3. Et seqq. Tamb. d. disp. 2. q. 7. Et 10. Mihi, salvo meliori judicio, affirmativa videtur probabilior. Quod enim attinet ad novitios, illi sane cum jurisdictioni Abbatis subiecti sint, & in via sint ad Religionem, ac in ceteris quoque gaudeant Religionis privilegijs in materia favorabili recte Regulares subditi appellari possunt, & minimè expedit, ut Novitii pro suscipiendis ordinibus extra Monasterium mittantur.

Cum vero alieni subditi cum licentia propriorum Praelatorum non possint ab Abbate suscipere minores ordines, non apparet prohibitionis ratio; qui enim potest actum per se in suos, potest etiam in alienos ex delegatione, Concil. autem Trid. d. c. 10. tanquam prohibitorum penale & odiosum restringendum est, quod Abbas auctoritate propria non possit alios quam suos Regulares subditos ordinare, sicut Episcopus sine dimissionis non potest ordinare alios, quam suos Diocesanos.

Præterea habent Abbates usum mitræ & baculi, benedicunt vestes, & paramenta sacerdotalia ac cetera omnia in quibus non intervenit sa-

era unctio, quamvis autem videantur ista potius ex specialibus indultis, quam jure communi competere arg. c. ut Apostolica de Priv. in 6. Cum tamen antiquissima ejus rei sit præsertim Germaniæ consuetudo, ut si non omnia saltem pleraque Monasteria dictis privilegijs utantur, non incongruè dici potest ex jure non scripto, id est generali consuetudine s. sine scripto. q. Inst. de lur. nat. gent. Et civ. Monasterijs competere. Ex eadem quoque consuetudine passim videmus Abbates exercere eadem privilegia non tantum in & pro suis Monasterijs, sed etiam pro alijs Ecclesijs. Ad Declarationes autem Cardinalium, quæ in contrarium emanarunt, dici potest eas ulu receptas non esse, vel loqui tantum de jure utendi Pontificalibus & benedicendi vestes competenti ex privilegio speciali, non ex consuetudine generali, sicut etiam notavit Pasqual. ad Laur. de Franc. p. 2. q. 28. n. 3.

Imo consuetudine aut privilegijs in multis Monasterijs obtentum est, ut Abbates quædam, quæ alias propriè ordinis Episcopalis sunt, exercere possint, v. g. conferre ordines Sudaconatus, consecrare Calices, altaria portatilia, reconciliare suas Ecclesias &c. Armilla v. calix in in fin. Sa. eod. v. n. 3. Laym. in Theol. mor. de sac. ord. c. 13. n. 9. Et 10. Cum enim Episcopatus secundum Theologos non sit distinctus Ordo à Presbyteratu Laym. d. l. c. 3. n. 6. & in sensu diviso spectata major sit potestas consecrandi Corpus Domini, quam consecrandi Calicem vel altare (in sensu tamen composito major est Episcopatus Sacerdotio simplici, sicut totum majus sua parte) ideo non videtur excedere vires Pontificis aut etiam consuetudinis ut Abbati sacerdoti, qui potest majorem consecrationem facere, etiam potestas faciendi minorem addatur.

Sed & istud notabile est, quod defendit Paul. Laym. in questionibus Canon. de Praelatorum e. la. c. q. 219. quod Abbas ex privilegio Apostolico semel habitatus ad faciendas Consecrationes pro sua Ecclesia tantum, possit eas etiam facere pro alijs Ecclesijs si ab Episcopo ei committatur, Cui simile est, quod docui in 136. III. Decr. 1. Tit. XLI. n. 11. Fratibus minoribus posse ab Episcopo delegari reconciliationem Ecclesiæ polluta, cum habeant privileg. à Leon. X. ut suas Ecclesias reconciliare valeant.

Ratio est, quia adest potestas delegandi ex parte



parte Episcopi, & capacitas exequendi ex parte delegati. Non obstat quod in privilegio Abbas tantum acceperit potestatem pro suis Ecclesijs faciendi Consecrationes, quia hoc intelligitur, ne faciat pro alienis autoritate propria, sicut nec Episcopo cujusvis privilegii pretextu in aliena Diocesi Pontificalia exercere permittitur, nisi ex licentia ordinarii loci jux. Conc. Trid. *f. 6. de Reform. c. 5.*

## ADNOTATIO.

AD Num. 3. audio hanc sententiam in varijs Diocesis practitari & antiquissimo usu receptum esse. Non obstat *Declaratio Cardin.* a quibusdam in contrarium allata. Quia circa eam multa possunt dici, ut I. ut jura jurijs concordentur *c. cum expediat De Elect. in 6.* fortassis intelligatur juxta aliam *deklarationem* quam refert Tambur. *de jure Abb. tom. 2. disp. 2. q. 7. n. 2.* ut scilicet non sufficiat generalis Episcopi licentia, sed pro singulis ordinandis specialis sit necessaria, II. quod lex generalis non tollat particularem consuetudinem vel statutum, nisi hoc exprimat *c. 1. de Constit. in 6. III.* quod lex non recepta non liget, vel per contrariam consuetudinem aboleri possit. Si vero dicatur legem debere recipi, id est verum, si Pontifex iussit & urgeat ejus receptionem non obstante contraria qualibet consuetudine. IV. refert Barb. *Jur. Eco. in lib. 1. c. 4. n. 83.* ex *Moderno de supplic. ad Sanctiss. p. 2. c. 30. §. 3. n. 4.* Urbanum VIII. mandasse ne *Deklarationibus Cardinalium* sive impressis sive manuscriptis aliqua fides adhibeatur in judicio vel extra, nisi in authentica forma, solito sigillo & subscriptione. Emin. Cardinalis Praefecti ac Secretarii ejusdem Congregationis muniz fuerunt.



PRIVILEGIUM L.  
Abbatibus Monasteriorum sunt  
in dignitate & habent praecedentiam.

1. Quid sit dignitas.
2. Abbas est capax delegationis Papalis.
3. Quid possit delegatus.
4. Quam praecedentiam competat Abbatibus.

Habere dignitatem Ecclesiasticam in dicitur qui habet prerogativam in Ecclesia cum Choro, quare Capitulo cum jurisdictione & administratione sibi perpetuo assignata sicut et dicitur. Rot. Rom. & Commun. D.D. tradit Tambur. in *decis. Rot. qua habetur postum. §. de l. diti. decis. 4. c. 5.* Cum ergo haec omnia in Abbatibus concurrant, non facile negantur, cum in dignitate censeri.

Porro cum Abbatibus in dignitate constituti sine, recte illis causae per Sedem Apostolicam delegantur jux. *c. statutum de Rescript. in 6.* cum tamen alijs, quam dignitatem personarum cum Canoniarum Cathedralium Ecclesiarum oblationibus Pontifex nunquam solet causas delegare, adeo ut *rescriptum*, in quo alijs, quam dictis personis delegatio facta est, falsum censetur, ut N.D.D. in *d. c. statutum.*

Praeterea Abbatibus talem delegationem concessi omnes suam jurisdictionem impeditores, vel in judicium venire detestantes ex auctoritate Apostolica distractione seu censuris coartate poterunt, etiam si litterae commissionis id non contineant, vel persona coartata Episcopus sit, aut sua dignitate major Abbate, item non cogitur Abbas delegatus a Pontifice causam per se tractare, sed cuius alicui etiam se in ipsi subdelegare valebit, eumque ad suscipiendam hanc delegationem compellere, prout haec omnia habentur in *c. 5. c. sane c. pastorali x. c. ex litteris 29. de Officio deleg. & dicit de Foro compe. c. 1. §. 2.*

Rursus cum Abbatibus propter jurisdictionem & usum Pontificalium eleventur super ceteros Presbyteros & Clericos, & valde proprie ad Episcopos accedant, hinc est quod praecedant non solum ceteros Clericos saeculares, sed etiam in dignitatibus & personaribus inferioribus ac Canoniaribus constitutos. Pan. & Decius in *de gubernimur de Indis. Bald. in cap. pastoralis de Offic. Del. Cassan. in Cath. gloria mundi. p. 4. r. 1. fid. §. 2. Nav. de Major. c. obed. cons. 4. n. 2.* Sed hanc praecedentiam materiam non ignoro adiosam, eamque libenter praetereo & lectorem ad ea auctores, item consuetudines locorum, particulares praescriptiones, pacta & privilegia remitto Atque haec de Privilegijs & Juribus Monasteriorum ad majorem Dei Disparque Praeclaris Honoris brevier dicta sunt. No

## INDEX TITULORUM

Secundum Ordinem Alfabeticum.

Prior numerus Privilegium, alter paginam indicat.

- A.**  
**A**bbates Monasteriorum habent In-  
 risdictionem Ordinariam. 48. 65.  
 Abbates sunt in dignitate & habent pre-  
 cedentiam. 50. 68.  
 Abbates possunt conferre Minores Or-  
 dines, habent usum Pontificalium quo-  
 rundam. 49. 66.  
 Alienari non possunt res Monasteriorum.  
 32. 39.  
 Actio pro Monasterio est popularis. 28. 35
- B.**  
**B**eneficia regularia tantum regulari-  
 bus conferenda sunt & in dubio be-  
 neficium fundatum in Monasterio  
 presumitur regulare. 45. 51.
- C.**  
**C**onditio, si sine liberis &c. vel si sup-  
 serit, &c. recitatur in favorem Mona-  
 sterij. 16. 27.  
 Creatoribus alijs in processu Edictali  
 prafertur Monasterium. 29. 36.
- D.**  
**D**ecimas de novalibus hortis & ani-  
 malibus non solvunt Monasteria.  
 6. 10.  
 Delictum Pralati, vel Religiosi non nocet  
 Monasterio. 26. 34.  
 Dominium transfertur in Monasterium  
 sine traditione. 25. 34.  
 Donatio ultra 500. solidos facta Mona-  
 sterio valet absq. insinuatione. 20. 31.  
 Donatio omnium bonorum facta Mona-  
 sterio, valet. 21. 31.  
 Donatio facta Monasterio non revocatur
- ob ingratiitudinem Pralati. 22. 32.  
 nec propter supervenientiam Libera-  
 rum ex parte Donatoris. 23. 32.
- E.**  
**E**xempta sunt Monasteria à Iurisdic-  
 tione secularium. 2. 6.  
 Exempta sunt Monasteria à lege Diace-  
 sana Episcopi. 3. 8.  
 Electio Abbatis competit Monasterijs,  
 idco non subjacent provisioni papali,  
 primis precibus Imper. aut Iuris Pa-  
 tronatus. 47. 64.  
 Exceptio non numerata pecunie, data  
 Monasterio etiam ultra biennium.  
 44. 55.  
 Eligere sepulturam potest quilibet in  
 Monasterio. 7. 11.
- F.**  
**F**alcidia vel Treballianica non detra-  
 hitur de relictis Monasterio. 19. 30.
- H.**  
**H**ereditatem delatam Religioso capis  
 Monasterium etiam eo repudiante.  
 14. 26.  
 Hereditatem delatam Religioso capis  
 Monasterium etiam eo mortuo ante  
 additionem. 15. 27.
- I.**  
**I**mmunitate locali gaudent Monaste-  
 ria. 8. 11.  
 In edicti tempore in Monasterijs licet  
 celebrare divina. 27. 35.  
 Inventarii omissio non obligat Monaste-  
 rium ultra vires hereditatis. 17. 28.  
 Ingratitudo filii purgatur per ingressum  
 in religionem. 13. 25.

Irregularitas



# INDEX

- Irregularitas ex defectu natalium tollitur per ingressum in Monasterium.* 4. 9.
- Irregularitas contracta ex Ordinibus furtive susceptis fit dispensabilis per Abbatem.* 5. 10.
- Index circa causas Monasteriorum debet officium suum impertiri non imploratus.* 41. 54.
- In dubio pro Monasterio est iudicandum.* 42. 54.
- L.
- Legata Monasterijs relicta habent illa Privilegia qua generaliter legatis ad pias causas competunt.* 37. 52.
- M.
- Matrimonium dissolvitur per Monasterium.* 33. 46.
- Mandatum factum in favorem Monasterij non expirat re integra morte mandantis.* 38. 53.
- Monasterium non obligatur ex mutuo, nisi probetur verum in ejus utilitatem.* 43. 55.
- N.
- Novitio sine legitimis heredibus defuncto succedit Monasterium.* 10. 21.
- P.
- Professus sine precedente dispositione: omnia sua censetur transferre in Monasterium.* 9. 15.
- Patria potestas tollitur per professionem, Religionis.* 12. 24.
- Prescriptio tantum quadraginta procedit contra Monasterium.* 30. 37.
- Privilegia piarum causarum partim panti Monasteria.* 35. 51.
- Privilegijs fisci, libertatis, militum, aliorum, datus munituriam & Reip. gaudent Monasteria.* 36. 51.
- Pollicitatio in favorem Monasterij obligat nemine acceptante.* 24. 33.
- Pactum super viventi hereditate valet in favorem Monasterij.* 39. 53.
- Parochie incorporate, quid iurisdictione Monasterijs.* 46. 58.
- R.
- Religiosus quidquid acquirit, acquirit Monasterio.* 11. 22.
- Restitutio in integrum datur Monasterio.* 31. 38.
- Reus favore Monasterij tenetur edere sua instrumenta.* 40. 54.
- S.
- Solemmitates Iuris Civ. non servantur in dispositionibus factis in favorem Monasterij.* 18. 29.
- V.
- Vota precedentia tolluntur per ingressum in Religionem.* 34. 50.
- Vendere cogitur aliquis domum suam ad construendum vel ampliandum Monasterium.* 1. 5.

*Collegii Societatis 9264 Paderbornae  
22. Martij 1698  
F 1 N 1 S.*

ENGEL